NOTÆ MISCELLANEÆ

IN CAP. I.

LOCA SELECTA EX S. CODICE, QUA PARTE CHALDAICO IDIOMATE CONSCRIPTUS EST.

—

IN DIPLOMA ARTAXERXIS.

—

Esdræ Cap. VII.

—

v. 12.

אַרְתַּחְשַׁסְתָּא *Artachschast*, (quod Vulgata effert *Artaxerxes*, scriptores Græci Ἀρταξέρξης), nonnullorum Persiæ regum nomen proprium fuit, seu veriùs, titulus. Compositum vocabulum est, docente Gesenio (in suo Lexico et in Thesauro i. h. v.), ex Zendicâ voce *khschestro* quæ *regem* significat, et *art*, quæ *magnitudinem*, *potentiam* notat. Hesychius scribit : Ἀρταῖοι, οἱ ἥρωες, παρὰ Πέρσαις; et Herodoto (6, 98) Ἀρταξέρξης est μέγας ἀρήϊος. In Esdræ et Nehemiæ libris ארתחשסתא perpetuò legitur cum (:) sub posteriore ת, excepto loco

Esdræ Cap. 4, v. 7, ubi אַרְתַּחְשַׁשְׂתָּא scribitur, atque ità ibi legendum esse asserit apposita huic vocabulo nota Masorethica: כצ״ל i. e. כֵּן צָרִיךְ לִהְיוֹת *sic oportet esse*. In versione LXX ubique legitur: Ἀρθασασθά.

מֶלֶךְ *rex*. Hebraica forma est (quales in Daniele et Esdrâ hic illic obviæ) pro Chaldaicâ מְלֵךְ; hujus status Emphat. est מַלְכָּא.

לְעֶזְרָא *Esræ*. ל hic signum dativi; ל etiam genitivum vel accusativum nonnumquam indicat. Vid. Winer, *Grammatik des Biblischen und Targumischen Chaldaismus*. § 56. עֶזְרָא nom. pr. (LXX. Ἔσδρας); est autem forma emph. a עֶזֶר *auxilium*. *Proprium* aliquod nomen in statu emphat. poni non repugnat, ubi vocabuli, quo nomen hoc proprium exprimitur, significatio *commune* aliquid notat.

כָּהֲנָא *sacerdoti*. Stat. emph. a כָּהֵן.

סָפַר דָּתָא *scribæ legis*, סָפַר est in statu constructo; sed stat. absol. pariter סָפַר est; nam masculinorum in sing. num. status *absolutus* a *constructo* nihil differt. דָּתָא emph. a דָּת.

שְׁמַיָּא *cœlorum*, plur. numer.; *absol.* שְׁמַיִן, *emph.* שְׁמַיָּא.

גְּמִיר *perfecto* scil. scientiâ; Vulg. *doctissimo;* rad. גְּמַר *perfecit, consummavit.* גְּמִיר part. pass. in Peal.

וּכְעֶנֶת; vocabulum hoc alii aliter interpretantur. Lexicographi recentiores τὸ וּכְעֶנֶת explicant : *et cætera.* Cf. Winerum, Gesenium, alios. Vulgata vertit, *salutem.* LXX vocabula : גְּמִיר וּכְעֶנֶע reddunt, τετέλεστω λόγος καὶ ἡ ἀπόκρισις, *perficiat sermo et responsio.* — Alii (Elias in suo מתורגמן, et Aquinas in suo (מעריך המערכות) τὸ כְּעֶנֶת nomen proprium loci esse censent; quam interpretationem commemorat etiam R. Salomon ben Melech, cui tamen non placet. Quare aliam proponit (ex Kimchio, reor), quam quia nullibi recensitam video, hìc afferre juvat. En ejus verba (מכלל יופי in Esdræ C. IV, v. 10) : ויש לפרש וכענת מן עת שהוא זמן וכן היה מנהגם לכתוב זאת המלה בראשי הדברים באגרות כלומר בזמן הזה נכתבה זארת האגרת. h. e. « Verùm explicandum est vocabulum וכענת ex τῷ עת (ità ut dicatur עֶנֶת esse pro עת) quod *tempus* notat. Mos enim eorum erat vocabulum hoc scribere in capite epistolarum, quo quasi dicerent hoc vel illo tempore (quod expressum fuerit post vocabulum כעת) epistola hæc conscripta est. »

1.

v. 13.

מִן Præposit. *a, ab* cum suff. 1 pers. (Hebr. מִמֶּנִּי; in Jobo tamen, Psalmis et Isaiâ itidem מִנִּי).

מִנִּי שִׂים *a me positum* (est) שִׂים part. Peil. rad. שׂוּם (שִׂים) ex verbis quiesc. ע״ו vel ע״י.

טְעֵם *decretum* propriè *gustus*, metaphoricè *sententia, placitum, edictum;* a rad. טְעֵם *gustavit,* etiam metaphoricè, ut Gallicum *goûter, ne pas goûter les idées d'autrui.*

דִּי i. q. ὅτι, *quod;* Hebr. אשר ibi, ubi Latini adhibuissent accusativ. cum Infinit.

כָּל־מִתְנַדַּב *omnis volens* Partic. masc. *Ithpaal* verbi נְדַב, quod in Peal non occurrit. Ithpa. אִתְנַדַּב significat *voluit, sponte se obtulit,* ut Hebr. הִתְנַדֵּב. Hebr. נָדַב significat, *impulit, incitavit* addito לֵב seu רוּחַ *animus.* נְדָבָה רוּחוֹ אֹתוֹ *impulit eum animus.* h. e. *sua sponte, lubens fecit.* Ita Win. lexic. i. h. v. Cf. Exod. 25, 2.

וְכָהֲנוֹהִי *et sacerdotibus ejus.* Repete præpositionem מִן *de, ex,* a מִן עַמָּא, quod præcessit; affixum est 3 pers sing. masc. וֹהִי. כָּהֵן stat. absol. *sacerdos;* Emphat. כָּהֲנָא; hinc plur. absol. כָּהֲנִין

emph. כַּהֲנַיָּא; detracto indè יָּא—, et addito affixo fit כַּהֲנוֹהִי.

וְלֵוָיֵא *et Levitis;* supple מִן ex מִן עַמָּא. לֵוָיֵא a לֵוִי (rad. לָוָה) Plur. emphat. לֵוָיֵא. Nomina in singulari numero desinentia in י— formam emphaticam pluralis numeri habent : יֵא—.

לִמְהָךְ *ire, profisci.* Infin. Peal. a הוּךְ (*ire*), quiesc. ע״ו cum ל post verbum finitum הִתְנַדַּב. Cf. Winer. § 46, 3.

יְהָךְ *erat.* 3 Sing. Masc. fut. Peal. verbi הוּךְ (*ire*) cum (ָ) loco ו; nam regulariter scribendum foret : יְהוּךְ.

v. 14.

כָּל־קֳבֵל דִּי *quapropter.* קֳבֵל et קְבֵל (Arab. قَبَلَ *ex anteriore parte venit, obviam venit*) notat *partem anteriorem, adversam, oppositam;* קֳבֵל עַם *coram populo.* Undè cum præfixo לְקֳבֵל *ad* sive in *partem anteriorem*, i. e. 1) *ex adverso, e regione, ante, coram;* 2) *propter* (cf. latin. *ob* et græc. ἀντί) seq. conj. דִּי, sc. כָּל־קֳבֵל־דִּי, *propter quod.* Cf. German : *alldieweil* pro *weil.* Vernaculè hoc ferè modo reddi posset : (*'t is*) *al daarom dat.*

מִן קֳדָם *ab ante, a coram;* cf. Hebr. מִפְּנֵי.

קֳדָם vel קְדָם substantiva vox est, quæ notat, id quod *ante*, *coram* est.

וְשִׁבְעַת *et septem* שִׁבְעָה *septem*; שִׁבְעַת in stat. constr. ut hìc.

יָעֲטוֹהִי *consiliariorum ejus*. Plur. masc. cum affix. 3 p. sing. masc. Forma sing. erit יְעַט emph. יָעֲטָא *consiliarius*; plur. *absol.* יָעֲטִין *emph.* יָעֲטַיָּא addito affixo, יָעֲטוֹהִי *consiliarii ejus*. Rad. יְעַט, Hebr. יָעַץ, mutatâ sibilante צ in lingualem ט, ut sæpè fit. Cf. Aramaicæ linguæ elementa Oberleitneri (Viennæ 1820) § 6, *de permutandis literis*.

עַל־יְהוּד *super Judæam*. יְהוּד correptum ex יְהוּדָה.

וְלִירוּשְׁלֶם *et super Jerusalem* ל=על.

בְּדַת *secundum legem*; præposit. ב, et דַּת quod dici debet esse stat. constr. vocabuli דָּת; nisi tamen legendum sit בְּדָת, quod magis mihi probatur, cum in masculinis num. sing. status constructus non discrepet ab *absoluto*.

אֱלָהָךְ *Dei tui*. אֱלָהּ cum affix. 2 p. sing. m.

דִּי בִידָךְ *quæ* (est) *in manu tua*; די i. q. אשר Hebr. בִּידָךְ Præp. ב et יַד *manus*, addito affixo 2 p. sing. masc.

v. 15.

וּלְהֵיבָלָה *et ad perferendum* (illùc). Infinit. Aphel, a יְבַל *fluxit, profluxit.* Undè *Aphel* regulariter אוֹבֵל *tulit; attulit,* Infinitivus : אוֹבָלָא. Itaque in הֵיבָלָה contra analogiam est ה in fine pro א (quod tamen non rarò in Dan. et Esdrâ), nec transiit prima radicalis (י) in (ו) sed servata est, quare et adscita *tzere* vocalis consonanti *Jod* conveniens; deinde in capite vocabuli pro א est ה, puta ex Hebraismo.

הִתְנַדַּבוּ *sponte obtulerunt* 3 p. plur. masc. præt. Ithpael. nota ה pro א adhibitam; radix est אִתְנַדַּב = נדב.

מִשְׁכְּנֵהּ *habitaculum ejus;* sing. masc. absol. מִשְׁכַּן addito affix. 3 p. sing. masc.; stat. *emphat.* מִשְׁכְּנָא, cum affix. מִשְׁכְּנֵהּ. Nota syntaxin pronominis relativi דִּי——הּ ut Hebr. אשר——ו.

v. 16.

תְהַשְׁכַּח *inveneris* 2 p. sing. masc. fut. Aphel; rad. שְׁכַח *invenit.* Littera characteristica formæ Aphel est א themati præposita (pro quo in Dan. et Esra sæpè est ה) quæ in Fut. disparet; in Daniele tamen et Esdrâ eadem sæpè post litteras præforma-

tivas futuri exprimitur, ut factum est hìc in vocab. תְּהַשְׁכַּח, quod est pro תִּשְׁכַּח. Porrò pro (ֵ) est hic (ַ) sc. כַּח ob gutturalem (ח.) cf. יִקְטַל=קְטַל pro יֶאֱקְטֵל. —

מִתְנַדְּבִין *sponte offerentium*. Particip. plur. masc. formæ Ithpa. verbi נדב; cujus particip. מִתְנַדַּב.

אֱלָהֲהוֹם *Dei eorum*; ex אֱלָהּ et affix. 3. p. plur. masc. הוֹם pro הוֹן.

v. 17.

כָּל־קֳבֵל דְּנָה *quapropter*. Vid. vers. 14; sed hìc pro דִּי est דְּנָה pronom. demonstrat. sing. fem. vernaculè explicari posset : *al om dien*, (תִּקְנֵא) *koop* etc.

אָסְפַּרְנָא *osparna*. Tonus est in penultimâ. LXX. ἐπιδέξιον, ἐπιμελῶν, ἑτοίμως. Vulg. *studiosè, diligenter*. Persicæ originis vocabulum esse Gesenius (in Thes.) asserit. Peregrinum esse arguit vel ipse accentus in penultimâ, cum voces Chaldaicæ in נא cadentes eumdem habeant in ultimâ. Vid. Win. et Gesen. lexic. i. h. v. Elias et Aquinas (vid. suprâ p. 3) אספרנא hebraicè reddunt מהרה (*festinatò, citò*).

תִּקְנֵא *emas*; 2 p. sing. masc. fut. Peal verbi קְנָא *acquisivit, emit.*

בְּכַסְפָּא *cum argento.* Ex בְּ *cum* et כְּסַף, in *stat. constr.* כַּסְפָּא.

וּמִנְחָתְהוֹן *et sacrificia eorum;* plur. fem. cum affix. 3 p. plur. masc. sing. מִנְחָא, *emphat.* מִנְחָתָא plur. *absol.* מִנְחָן; *emphat.* מִנְחָתָה, addito affix. מִנְחָתְהוֹן.

וְנִסְכֵּיהוֹן *et libamina eorum.* Plur. masc. cum affix. 3 p. plur. masc. sing. est נְסַךְ *libamen*, emphat. נִסְכָּא, plur. *absol.* נִסְכִּין, *emphat.* נִסְכַּיָּא, addito affixo, נִסְכֵּיהוֹן; rad. נְסַךְ *fudit* (libavit).

וּתְקָרֵב *et offeras* 2 p. sing. masc. fut. Pael. rad. קְרֵב *appropinquavit.* in Pael : *facere appropinquare* (sc. ad altare) h. e. *offerre.*

הִמּוֹ pro הִמּוֹן *eos, ea.*

עַל־מַדְבְּחָא *super altare.* מַדְבְּחָא stat. emphat. ab absol. מַדְבַּח. Hebr. מִזְבֵּחַ sibilante ז transeunte in lingualem ד. Rad. דְּבַח *sacrificavit.* Hebr. זָבַח; *idem.*

אֱלָהֲכֹם *Dei vestri* ex אֱלָהּ et affix. כֹם pro כֹן.

v. 18.

וּמָה דִּי *quod autem;* מָה pron. interrog. rei *quid?* sequente דִּי, *id quod.*

ייטב *bonum visum fuerit;* 3 p. sing. masc. fut. formæ Peal; radix יטב; characteristica Fut. promiscuè legitur cum *tzere* et *chirek;* v. g. ייתב.

בשׁאר *de residuo.* שׁאר *residuum* in stat. constr. שׁאר Si tamen non scribendum sit בשׁאר. Cf. quæ dicta sunt ad v. 14, pag. 6.

למעבד *facere.* Infinit. Peal. rad. עבר *fecit,* cum ל; מ habet (ֶ) pro (ַ) ob sequentem gutturalem.

כרעות *secundum voluntatem.* Præp. כ et רעות fem. gen. Radix est רעה *bene velle.* Hebr. רצה, צ in ע abeunte, ut frequentissimè.

תעבדון *facietis.* 2 p. plur. masc. Fut. Peal; radix est עבד *fecit.*

v. 19.

ומאניא *vasa autem.* Plur. emph. a sing. מאן.

מתיהבין *data sunt.* Particip. plur. masc. Ithpeal; rad. יהב *dedit.* ex quiesc. פ״י.

לפלחן *in ministerium.* Præp. ל *in* et subt. sing. masc. constr. פלחן cujus absolut. פלחן. Sed confer quæ suprà (v. 14, pag. 6) fuêre observata.

השלם *restitue;* 2 p. sing. masc. (ה est pro א).

Imperat. *Aphel*, rad. שְׁלַם in Aphel *restituere.*

v. 20.

דִּי יִפֶּל־לָךְ *quod contigerit tibi.* יִפֶּל est 3 p. sing. fut. Peal; rad. נְפַל *cecidit, accidit, contigit,* terminatio (ֶ) est pro (ֵ) ob *maccaph.*

לְמִנְתַּן *ad dandum*, Infinit. Peal verbi נְתַן cum ל, pro לְמִתַּן.

תִּנְתֵּן *dabis;* 2 p. sing. masc. fut. Peal. ejusdem verbi et formæ; תִּנְתֵּן pro תִּתֵּן. (Sensus : si qui fortè prætereà sumtus faciendi essent, eos תִּנְתֵּן dabis (acceptos ex thesauris regiis).

גִּנְזֵי *thesaurorum.* Plur. masc. constr. a sing. גְּנַז *thesaurus.* Stat. *emphat.* est גִּנְזָא plur. *absol.* גִּנְזִין *constr.* גִּנְזֵי. Rad. גְּנַז *recondidit.*

v. 21.

וּמִנִּי אֲנָה *et a me.* אֲנָה pronom. 1 pers. quod hic emphasin addit מִנִּי. Cf. Heb. בִּי אֲנִי אֲדֹנִי הֶעָוֹן *in me Domine hæc iniquitas* (sit), 1 Sam. 25, 25. Alia exempla v. apud Gesen. Hebr. Gram. *dritte Haupttheil.* Syntax. § 119, n. 4.

לְכֹל גִּזַּבְרַיָּא *omnibus thesaurariis.* Plur. masc.

emphat. singul. *absol.* גִּזְבַּר *emphat.* גִּזְבְּרָא, *thesaurarius, quæstor.* Plur. simpl. est גִּזְבְּרִין et emphat. גִּזְבְּרַיָּא. Idem vocabulum Persicè: *Gendschewar.* Componitur autem ex גְּנַז quod contractum est ex גַּז *thesaurus* et syllabâ afformativâ persicâ *bar.* גַּז=גְּנַז propriè semiticæ originis est, mox tamen ad Persas transiit, quare et ab antiquis scriptoribus ut vocabulum origine persicum adducitur. e. q. Curt. 3, 13, 5. Ita Gesen. Lexic. i. h. v.

בְּעֵבֶר *trans.* Ex præp. בּ et עֵבֶר *transitus;* rad. עבר *transiit.*

נַהֲרָה *flumen.* Sing masc. in stat. *emphat.* a נְהַר cum ה in fine loco א (ex hebraismo) quod solenne est Danieli et Esdræ Radix Hebr. נָהַר *fluxit, confluxit.* Indigitatur autem flumen *Euphrates,* quod sic dicitur *per excellentiam*, uti ajunt.

יִשְׁאֲלִנְּכוֹן *petierit a* (vobis); 3 p. sing. masc. fut. Peal verbi שְׁאַל *petiit.* נ *epentheticum* est.

יִתְעֲבֵד *fiat* 3 p. sing masc. fut. Ithpe. rad. עֲבַד *fecit.*

v. 22.

חִנְטִין *triticum.* Gen. fem. sed cum terminatione masc. a חִנְטָה Hebr. חִטָּה *triticum*, sing. Vid.

Exod. Cap. 9, 32; Deut. 8, 8. Sed חִנְטִין apud Chaldæos non occurrit in singulari numero.

בַּתִּין *bathi.* plur. τȣ בַּת *bathus;* mensura est liquidorum, decima pars *Chomeri;* rad. בָּתַת Hebræis inusit.

דִּי לָא כְתָב *cujus non* (sit) *scriptura* (mensura). Vulgata : absque mensurâ, sine mensurâ præscriptâ, determinatâ.

v. 23.

אַדְרַזְדָּא *diligenter*, ex אֲדַר *magnum*, *valdè*, et inusit. אַזְדָּא *citò*, cujus radix אזד *citò effugit*, vel *elapsus est.* Dan. 2, 5, 8. Ita Win. Lexic. i. h. v. De אַדְרַזְדָּא vix dubitandum, ait Gesen. in thes. a. h. v., quin Persicum sit vocabulum.

דִּי־לְמָה *ut ne.* Cf. Cantic. Cantic. 1, 7. שַׁלָּמָה (LXX. μή ποτε. Vulg. *ne*) et Dan. 1, 10. אֲשֶׁר־לָמָּה (LXX. μή ποτε).

לֶהֱוֵא *sit.* Fut. יֶהֱוֵא cum ל, ejectâ litterâ præformativâ *Jod*, rad. הֲוָא *fuit.* Sed vid. infrà ad Cap. 2, Danielis v. 20.

וּבְנוֹהִי *et filiorum ejus.* Sing. בַּר *filius*, plur. *absol.* בְּנִין *emphat.* בְּנַיָּא; in stat. constr. בְּנֵי et addito aff. 3 p. sing. masc. ut hic, בְּנוֹהִי.

v. 24.

וּלְכֹם *vobis etiam.* לְכֹם pro לְכֹן. Posterius hoc obvium est apud Esdram et paraphrastas posteriores.

מְהוֹדְעִין *notum facientes* (sumus = notum facimus) Particip. pl. m. *Aphel* verbi יְדַע *scivit.* Retenta est characteristica conjugationis littera א, (pro quâ hic est ה), quæ, ut plurimùm excidit post præformativam.

זַמָּרַיָּא *cantoris;* ex זַמָּר; *emphat.* זַמָּרָא plur. *absol.* זַמָּרִין *emphat.* זַמָּרַיָּא Rad. זְמַר in Pael. Hebr. זָמַר *amputavit* (vineam), *præcidit.* In *Pihel* זִמֵּר *cecinit*, quam significationem cum significatione τῦ Kal ita conciliant Schultens, Lowth et alii, probante Gesenio, ut זִמֵּר *cantavit*, propriè notet loqui per propositiones rythmicas, cæsuras.

נְתִינַיָּא *Nethinæi. Emphat.* Plur. cujus *absol.* נְתִינִין *dati.* Part. Pehil verbi נְתַן.

וּפָלְחֵי *et ministros.* Plur. constr. Particip. Peal rad. פְּלַח *ministravit.*

מִנְדָּה (pro מִדָּה) *tributum.* Fem. cum נ *epenth.* quo compensetur *dagesh* ejectum; radix מְדַד *mensus est;* hinc מִדָּה = מִנְדָּה.

בְּלוֹ rarissimæ terminationis vocabulum; propriè notat *consumptionem*, metonymicè *tributum* (vid. infrà). Radix בְּלָא *attritus est usu, consumptus est.* Aben Ezra (apud Schaaf, Op. Aram.) τὸ בְּלוֹ explicat: מַס הַמְּדִינוֹת *tributum provinciale*, h. e. vetus et solitum.

וַהֲלָךְ *et vectigal.* Rad. הֲלַךְ *ivit.* הֲלָךְ primò notat *ambulationem, iter;* metonym. *vectigal*, quod a proficiscentibus per viam regiam exigitur. Esr. 4, 13, 20. 7, 24. V. Win. Lexic. i. h. v. Tria hæc vocabula מִנְדָּה בְלוֹ הֲלָךְ quidam existimant (apud Schaaf. op. cit.) sic distingui posse, ut sit מִנְדָּה *pars certa bonorum*, puta de prædiis et proventibus, בְּלוֹ *tributum* de rebus quæ usu consumuntur, הֲלָךְ verò id quod solvitur ob usum viarum, *portorium.*

לָא שַׁלִּיט *non potens* (erit aliquis vestrûm), *non licebit.* שַׁלִּיט *potens;* rad. שְׁלֵט.

לְמִרְמֵא *imponere*, a. v. *ad imponendum.* 'שַׁלִּיט ל Inf. Peal. verbi רְמָא 1) *jecit, projecit.* 2) *posuit, collocavit* (verba enim *jaciendi* etiam sensum habent *ponendi*, ut ירה), sq. עַל *imposuit*, ut hìc (sc. tributum) Win. Lexic. i. h. v.

עֲלֵיהֹם *super eos;* ex præp. עַל, quæ hic ad formam hebraicam juncta est affixo; et affixo 3 p. pl. masc. הוֹם pro הוֹן.

v. 25.

כְּחָכְמַת *secundum sapientiam.* כְּ *secundum* et חָכְמַת stat. *constr.* ab *absol.* חָכְמָא. Rad. חֲכַם.

דִּי־בִידָךְ *quæ* (est) *in manu tua*, in te, in tuâ potestate, quam possides.

מַנִּי *constitue.* 2 p. sing. masc. Imperat. Pael. מַנִּי rad. מְנָא vel מְנָה *numeravit;* in Pael. *constituit, præfecit* alicui muneri. Sed nota hic (ִ) sub מ loco (ַ).

דִּי לֶהֱוֹן *ut sint* rad. הֲוָה et הֲוָא *fuit.* Fut. cum ל, omissâ Præformativâ. לֶהֱוֵה *ut sit, sit, erit*, et cum א, לֶהֱוֵא; plur. m. לֶהֱוֹן v. Win. Lexic. in v. הֲוָה. Cf. etiam infrà dicta ad Dan. 2, 20.

דָּאְנִין (pro דָּאֲנִין) *judicantes* vel *judices.* Partic. plur. masc. rad. דּוּן vel דִּין; forma solennis Particip. verborum quiescentium 2ª radic. ו vel י est ut v. g. a קוּם sit Partic. sing. m. קָאֵם plur. קָיְמִין. —

יָדְעֵי *scientes.* Partic. masc. Peal. rad. יְדַע. — τὸ יָדַע *sciens* quod mox sequitur est Partic. sing. ejusdem verbi.

תְּהוֹדְעוּן *docebitis.* Fut. Aphel. rad. יְדַע, manente characteristicâ conjugationis, quæ est ה pro א; vid. suprà.

v. 26.

לְהוּא. Vide suprà v. 23.

מִתְעֲבֵד *factum;* Particip. Ithpeal rad. עֲבַד *fecit.*

לְשָׁרשׁוּ *ad exilium;* ex præposit. ל, et שְׁרֹשִׁי secundum *keri;* hoc autem est per apocopen τȣ ת pro שְׁרֹשִׁית, quod vocabulum notat *eradicationem* puta ex populo, hinc *exilium.*

NABUCHODONOSORIS SOMNIUM.

DAN., CAP. II,

v. 3.

ותתפעם. a פעם *tutudit, agitavit* in Hithpa., hìc reflexivè, ut Gallicè : *son esprit se troubla.* וּשְׁנָתוֹ נהיתה עליו *fuerat* (quo sensu dicimus : *fuit* Ilion) *super eum somnus* = fugerat ab eo somnus. נהיתה Niph. a היה. Conferri potest nostratium : *hy is er geweest.* h. e. *hy heeft opgehouden te leven, is gestorven.*

v. 4.

מַלְכָּא *o Rex!* stat. emphat. ex מֶלֶךְ. Status emphaticus adhiberi ferè solet ad *vocativum* exprimendum.

חֱיִי *vive;* Imperat. Peal a חֲיָא Vide Gram. de verbis primæ rad. Gutt. et א ultimæ. — פִּשְׁרָא stat.

Emph. a פְּשַׁר. Cf. Hebr. פִּתְרוֹן *interpretatio* (somniorum); נְחַוֵּא *indicabimus*. Fut. plur. ex Pahel חַוֵּא.

v. 5.

עָנֵה *respondens;* particip. Peal a עֲנָה; וְאָמַר et *dicens*. Particip. Peal ab אֲמַר.—לְכַשְׂדָּיֵא habet *ketibh* more Syrorum sed *keri* dat: לְכַשְׂדָּאֵי, quod est forma constructa. לְכַשְׂדָּיֵא (ità hìc legendum arbitror, in formâ emphaticâ) *Chaldæis* hìc *hariolis*, pro arte quam exercebant. כֶּשֶׂד nomen proprium filii Nachor, a quo כַּשְׂדִּים *Chaldæi* dicti sunt. Gen. 22, v. 22. כַּשְׂדַּי plur. כַּשְׂדָּאִין in stat. emphat. כַּשְׂדָּיֵא. מִלְּתָה stat. Emph. (quem nota latiùs patere apud Chaldæos quam ה artic. apud Hebræos) a מִלָּה (מִלָּא) ex *Pael* מַלֵּל. Nota in מִלְּתָה pro א esse ה. מִנִּי=מִמֶּנִּי. אַזְדָּא est particip. Peal. Femin. rad. אֲזַד = *verbum exiens a me.* Edixi. הֵן *si* alias אִן; cf. Hebr. אִם.

תְּהוֹדְעוּנַּנִי *indicaveritis, scire feceritis;* rad. יְדַע in formâ Aphel. 2 plur. Fut. servatâ *characteristicâ* conjugationis post *præformativam*, et addito ante affix. *Nun* epenthetico. הַדָּמִין *frusta*, cujus vocabuli rad. occurrit in Pael הַדֵּם *membratim*

secare, dissecare. תתעבדון *efficiemini;* 2 plur. fut. in Ithpe. a עבד — נולי per apocopen τȣ ת *sterquilinium;* rad. נול in Peal inusit. Pael נול Talmud. *inquinavit, fœdavit.* Winer. Lexic. יתשמון (*ponentur*) 3 plur. m. fut. Ithpeal a שום.

v. 6.

והן *si vero;* ex ו et הן. תהחון *indicaveritis;* fut. *Aphel*, servatâ conjugationis characteristicâ ה (pro א); a rad. חוה (aut חוא), in *Pael:* חוה aut חוא etiam חוי, חוי; *Aphel:* אחוא aut אחוה fut. יהחוה = 2 pl. תהחון.

נבזבה *donum, præmium;* Chaldaicæ an Persicæ originis vocabulum sit, disputant. Qui prius tenent, ii derivant a בזבז *expendere, erogare* (apud Buxtorf. Lexic. Talmud.); נבזבה aiunt, scriptum est, abjectâ (ז) pro נבזבזה; litteram vero נ pro *Heëmanticâ* habent, suamque sententiam confirmant exemplo τȣ נדבך *ordo, strues, series lapidum,* vocabuli a דבך deducti. Qui vero Persicæ originis vocabulum asserunt, ii נבזבה conferunt cum persico *nouwazan*, et *nouwaza* quod *donationem* notat (v. Bohlen. Symbol. p. 26), cf. Ges. Win. Lexic.

מן־קדמי *a coram me.* LXX παρ' ἐμȣ. קדם et קדם

propriè *id quod ante* aliquem, i. q. Hebr. קֳדָם adeòque *in conspectu* ejus est; sed in præpositionem abiit quæ significat *ante* de tempore, *ante, coram*, de personis, ut hìc. Cf. Win. Lexic.

לָהֵן *propterea;* ea scilicet quæ dicta sunt. Est particula causalis composita ex ל præpos. et suffixo הֵן. Nota aliud esse לָהֵן *nisi*, pro לָא הֵן. Cf. Dan. 6, 8.

הַחֲוֹנִי *indicate mihi.* Imperat. 2 p. pl. *Aphel* verbi חֲוָה cum suff. et ה ab initio pro א. Vid. suprà.

v. 7.

עֲנוֹ *responderunt;* 3 pl. masc. Peal a rad. עֲנָא.

יֵאמַר *dicat;* rad. אֲמַר. Cf. Winer *Grammatik des bibl. u. Targ. Chald.* § 21.

נְהַחֲוֵה *indicabimus;* fut. 3 p. pl. *Aphel;* vid. supra v. 6.

v. 8.

עָנֵה *respondens;* Partic. Peal, rad. (עֲנָא) עֲנָה.

וְאָמַר *et dicens;* Particip. Peal, rad. אֲמַר.

מִן יַצִּיב *certò*, verbotenùs *ex firmo.* יְצֵב *firmus fuit.* יַצִּיב *firmum, certum.*

כָּל־קֳבֵל דִּי חֲזֵיתוּן *propterea quod vidistis.*

חֲזֵיתוּן 2 p. pl. Præt. Peal verbi חֲזָא s. חֲזָה; reliqua vid. suprà.

v. 9.

הֵן דִּי *quod si.* תְּהוֹדְעֻנַּנִי *me scire feceritis* (indicaveritis). Fut. 2 p. pl. in *Aphel* cum affixo, *Nun* epenthetico et (ֻ) pro (וּ) a verbo יְדַע; suprà v. 5 scribitur: תְּהוֹדְעוּנַּנִי. Servata est characteristica conjugationis. Vid. suprà.

חֲדָה הִיא דָתְכוֹן *una ipsa* (pronom. pers. pro verbo substant. *est*) *sententia vestra* (unum idemque vobis concilium esse dico, scil. *me decipiendi*, ut sequitur). חד *unus*, fem. חֲדָא, חֲדָה.

וּמִלָּה כִדְבָה וּשְׁחִיתָה *scilicet* (וּ) *sermonem mendacem et corruptum.* כְּדַב fem. כִּדְבָה. שְׁחַת *corrupit*; Particip. *Peil.* fem. שְׁחִיתָה.

הִזְדְּמִנְתּוּן. Ità edidimus juxta *keri*; est autem vocabulum 2 pl. masc. præt. Ithpaal, a rad. זְמַן, notatque *præparastis.*

לְמֵאמַר *ad dicendum, dicere.* Infinit. Peal. rad. אֲמַר cum ל, occurit et לְמֵמַר abjecto א, ut Esr. 5, v. 11. עַד דִּי = עַד אֲשֶׁר *donec, usque dum.*

יִשְׁתַּנֵּא *mutatum est*, (tempus transierit); Vulg. *donec tempus pertranseat.* 3 p. præt. Ithpaal;

radix שְׁנָא *mutavit se*, cum metathesi litterarum ש et ת. וְאִנְדַּע *ut intelligam* (ו *ut*) a יְדַע *intellexit*. Fut. 2 p. masc. cum נ inserto pro *dagesh forti* in mediâ radicali.

v. 10.

לָא אִיתַי *non est*; cf. Hebr. יֵשׁ. יוּכַל *possit*. Fut. verbi יְכִל=יְכֵל *potuit*, cujus futurum est: יִכֻּל ut Dan. 3, 29, sed יוּכַל quod hic legitur forma hebraica est. לְהַחֲוָיָה *ad indicandum*; Infinit. *Aphel* verbi הֲוָה cum præp. ל et ה pro א characteristicâ conjugationis; ultima radicalis mutata est in (י). כְּדְנָה ex כ *sicut*, et דְּנָה pron. demonstr. לָא שְׁאֵל לְכָל *non postulavit ab omni*, i. e. abs nemine postulavit.

v. 11.

יְחַוִּנַּהּ *indicet* (qui possit indicare); fut. Pael 3 p. masc. cum affix. rad. חֲוָה; abjecta est tertia radicalis et insertum *Nun* epentheticum.

לָהֵן *nisi*; pro לָא הֵן (Hebr. אִם לֹא), sed Chaldaicè particula negativa præponitur. Cf. Latin. *nisi* (non si).

עִם בִּשְׂרָא *cum carne*; emph. a בְּשַׂר. Per בִּשְׂרָא intelliguntur *homines*. Apud Rabbinos obvia phra-

sis בְּשַׂר וּדְם *caro et sanguis* ut dicant *homines, mortales*. Cf. Matth. 16, 17. = *Caro et sanguis non revelavit tibi sed Pater meus, qui in cœlis est.*

לָא אִיתוֹהִי *non est ipse;* ex אִית (Hebr. יֵשׁ) et aff. 3 p. sing. masc.

v. 12.

וַאֲמַר *et jussit.* לְהוֹבָדָה *ad perdendum* (ut facerent perire); Infinit. Aphel. cum ה paragog. et characterist. pro א (אוֹבָדָא) *perdere*. Radix אֲבַד *periit.*

v. 14.

בֵּאדַיִן *in tunc;* pro בְּאֲדַיִן contractis vocalibus, ex בּ præposit. et אֱדַיִן *tunc*. Cf. Hebr. אָז mutatâ ז in ד ejusdem organi. אֱדַיִן propriè notat *tempora* a sing. אֲדָא rad. אֲדָה = עֲדָה, אָזָה *præteriit*. Ità Gesenius in Lexic. i. h. v. הֲתִיב *redire fecit* (sc. consilium etc.). Eleganter Vulgata : *requisivit de lege atque sententiâ ab Arioch* etc. הֲתִיב 3 p. præt. m. in *Aphel*, cum ה pro א characteristicâ conjugationis. Radix תּוּב. לְחַכִּימֵי בָבֶל *sapientes Babel*. ל hìc signum Accusat.

v. 15.

מְהַחְצְפָה. *festinans.* Particip. *Aphel.* Posterior ה est pro א, et servata est ה (quæ pariter est pro א) littera characteristica. Est itaque pro מַחְצְפָא; radix est חֲצַף.

v. 16.

עַל *ingressus est.* Contractum ex עֲלַל.

דִּי יִנְתֵּן־לֵהּ *ut daret sibi;* pro יִתֵּן littera נ retenta est pro *radicali aliàs geminandâ secundâ.* Inserunt sæpè Chaldæi נ ante litteram quæ alias esset geminanda.

v. 18.

וְרַחֲמִין לְמִבְעֵא *et misericordias ad petendum;* (ut peterent misericordias); לְמִבְעֵא Infinit. Peal a בְּעָא cum ל.

יְהוֹבְדוּן (ut non) *perderent;* fut. *Aphel,* retenta ה (pro א) characteristicâ; est itaque pro יוֹבְדוּן rad. אֲבַד *periit.*

v. 19.

גְּלִי *revelatum est;* pro גְּלִי Particip. masc. sing.

Peil. a גְּלָא. — בָּרֵךְ (pro בָּרֵךְ) 3 p. Præt. sing. *Pael* rad. בְּרַךְ.

v. 20.

עָנֵה *respondens;* Particip. sed hìc עָנֵה, quod non infrequens, sensum habet hunc : *loquendi fecit exordium.* Cf. Hebr. וַיַּעַן וַיֹּאמַר; Cf. Luc. XIV, 3. Vulg. *Daniel — locutus ait* : מְבָרַךְ part. pass. Pael a בְּרַךְ *rad.* בְּרַךְ. לֶהֱוֵא *erit* (sit) pro לִיהוֵא secundum *Winerum* et alios. Sed de analysi τῶ לֶהֱוֵא non una est virorum doctorum sententia. Controversiam exponit Beer, qui ejusdem vocabuli explicandi viam iniit novam, in libello cui titulus : *Inscriptiones et papyri veteres semitici cet.* Lips. 1833. P. 1. pag. 18, seqq. « De לֶהֱוֵא, ait, duplex extat virorum doctorum sententia : uni Infinitivum cum ל esse existimant pro לְמֶהֱוֵא (ut post Buxtorfium aliosque, Gesenius in Gramm. ampl. p. 787 et in utroque Lex., ubi tamen jam magis inclinat in alteram sententiam); alteris præplacet tertia Futuri cum conjunctione ל, ejectâ Futuri præformativâ, ità ut לֶהֱוֵא positum sit pro לִיהֱוֵא (ut Winero in Gramm. Chald. p. 96, sq. Cf. p. 89 et Rosenmüllero ad h. l., qui tale Futurum vim Optativi, Conjunctivi vel Imperativi habere putant). Neutra tamen sententia satis placet. Priori

enim obstat, quod linguæ Chaldaicæ et quidem cum Targumicæ tum biblicæ usus illis in locis, ubi לֶהֱוֵא reperitur, nullum admittit Infinitivum. Minimè enim Chaldæi imitantur idiotismum Hebreæ linguæ proprium illum ac notum, quo Infinitivus cum ל pro verbo finito usurpatur. Scilicet paraphrasium Chaldæarum auctores in hujusmodi locis Hebraicis vertendis vel tempore finito vel participio uti solent; neque in Chaldaismo biblico ipso ullus reperitur illius generis Infinitivus, quamquam ex Hebraismo, ut alia, inferri poterat. At in omnibus hisce locis, quibus לֶהֱוֵא habetur, linguæ usus, ex aliis Chaldaismi biblici locis simillimis certò cognoscendus, tertiam futuri masculini sibi poscit; perlustres loca infrà citata et allata. Melior itaque est altera sententia, quæ non solum לֶהֱוֵא illud, sed simul לֶהֱוֺן et לֶהֶוְיָן, quæ in eodem Chaldaismo biblico reperiuntur iisdemque difficultatibus premuntur, explicare studet. Ac verè hæc et illud conjungenda esse, e locis quibus leguntur collatis apparet. Cf. imprimis Dan. 6, 2. 3, ubi Darius refertur constituisse *satrapas centum et viginti*, דִּי לֶהֱוֺן בְּכָל־מַלְכוּתָא UT ESSENT *in toto regno*, iisque præfecisse tres præfectos, דִּי לֶהֱוֺן אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא אִלֵּין יָהֲבִין לְהוֹן טַעְמָא וּמַלְכָּא לָא לֶהֱוֵא נָזִק ad verba: UT ESSENT *satrapæ illi dantes iis rationem et rex non* ESSET *detri-*

mentum accipiens. Hujusmodi loca conferens observabis, לֶהֱוֵא esse tert. sing. masc., לֶהֱוֹן autem tert. plur. masc., et לֶהֶוְיָן, quod semel tantum legitur, Dan. 5, 17, tert. plur. fem. Obstat autem, quo minus ל vocis לֶהֱוֵא præpositionem vel conjunctionem esse censeas, quod ל quodquam in sermone Aramæo non magis quam in Hebræo præfixum umquam reperitur Futuro. Ac si defendi quodammodo possit ex Analogia linguæ Arabicæ, ubi לִ Futuro præfixum significat *ut* (Rosenm. Institutt. p. 249, 332), minimè tamen in Chaldaismo biblico hanc litteram quicquam significare ex eo concludendum est, quod ibi לֶהֱוֵא modò Futurum definitum, modò Optativus, modò Conjunctivus, modò Imperativum est, atque ità omnes significationes, quæ Futuro apud Aramæos inesse solent, in singulari hâc voce deprehenduntur. Ipsos autem locos perlustremus, quibus Futuri indicativi vis inest. Esr. 7, 26: וְכָל־דִּי לָא לֶהֱוֵא עָבֵד דָּתָא דִי אֱלָהָךְ וְדָתָא דִי מַלְכָּא אָסְפַּרְנָא דִּינָה לֶהֱוֵא מִתְעֲבֵד מִנֵּהּ *et quicumque non* ERIT *colens*. i. e. colet *legem Dei tui et legem regis, statim severum judicium* ERIT *institutum*. i. e. instituitor *de eo*; Dan. 4, 22., ubi Daniel Nabuchodonosori disertè vaticinatur: וְעִם־חֵיוַת בָּרָא לֶהֱוֵא מְדֹרָךְ *et inter animalia agri* ERIT *habita-*

culum tuum. Dan. 2, 43 : *et quod ferrum* somnio *vidisti, mixtum cum argillâ figulari*, ex hâc re vaticinor : מִתְעָרְבִין לֶהֱוֺן בִּזְרַע אֲנָשָׁא וְלָא לֶהֱוֺן דָּבְקִין דְּנָה עִם דְּנָה *commixti* ERUNT. i. e. commiscebuntur *semine humano et non* ERUNT *cohærentes inter sese*; ibid. v. 45 : אֱלָהּ רַב הוֹדַע לְמַלְכָּא מָה דִּי לֶהֱוֵא אַחֲרֵי דְנָה *Deus magnus patefecit regi id quod* ERIT *post hoc.* i. e. quæ post hæc eventura sunt. Exempla Conjunctivi, Optativi et Imperativi vim habentia conferas apud Winerum l. l. et prætereà hæc habeas : Esr. 7, 25. מֶנִּי דַּיָּנִין דִּי לֶהֱוֺן דָּאנִין. *Institue judices, qui sint judicantes*; Dan. 3, 18. יְדִיעַ לֶהֱוֵא לָךְ מַלְכָּא *cognitum sit tibi*, scias, *rex.* Esr. 6, 10 : דִּי לֶהֱוֺן מְהַקְרְבִין נִיחוֹחִין *ut possint sacrificare suaviter olentia*; Dan. 5, 29 : הַכְרִזוּ עֲלוֹהִי דִּי לֶהֱוֵא שַׁלִּיט תַּלְתָּא בְּמַלְכוּתָא *proclamate eum tertium regni principem*; Dan. 6, 27 : מִן קֳדָמַי שִׂים טְעֵם דִּי בְּכָל־שָׁלְטָן מַלְכוּתִי לֶהֱוֺן זָאֲעִין וגו׳ *a me mandatur ut in toto meo regno timeant et venerentur Deum Danielis* (hoc לֶהֱוֺן non esse nisi pro יֶהֱוֺן positum, ostendunt loci similes, in quibus omnibus שִׂים טְעֵם דִּי Futurum simpliciter post se

habet, Dan. 3, 10, 29. Esr. 6, 11. 7, 13, 21). Omnes autem loci ità sunt comparati, ut pro לֶהֱוֵא, לֶהֱוֹן et לֶהֶוְיָן expectandum sit יֶהֱוֵא, יֶהֱוֹן et יֶהֶוְיָן. Observamus porrò, ubi subjectum est feminini generis, ibi semper legi תֶּהֱוֵא vel תֶּהֱוֵה, non autem לְתֶהֱוֵא nec לֶהֱוֵא; vid. v. c. Dan. 2, 40—42, præcipuè vs. 41., ubi hæc: מַלְכוּ פְלִיגָה תֶּהֱוֵה וּמִן נִצְבְּתָא דִי פַרְזְלָא לֶהֱוֵא בַהּ *regnum divisum erit et fundamenti (?) ferri aliquid erit in eo*, cf. etiam Esr. 6, 8: נִפְקְתָא תֶּהֱוֵא מִתְיַהֲבָא *sumtus dator*, cum vs. sq. וּמָה חַשְׁחָן.... לֶהֱוֵא מִתְיְהֵב *et quod opus est, dator.* Denique monendum est, יֶהֱוֵא, יֶהֱוֹן et יֶהֶוְיָן in Chaldaismo biblico nusquam legi, quamvis ob frequentem verbi הֲוָא apud Aramæos usum non minus ac propter crebriores, quas ibi legimus vaticinationes, expectanda erant. Quæ omnia in causâ sunt, cur verbi הוא Futurum, in Chaldaismo biblico, singulari, quæ grammaticos effugerit, ratione conjugari nobis videatur hâc: sing. 3 m. לֶהֱוֵא f. תֶּהֱוֵא 2 m. תֶּהֱוֵא f. תֶּהֶוְיִן, 1. אֶהֱוֵא; pl. 3 m. לֶהֱוֹן f. לֶהֶוְיָן, 2 m. תֶּהֱוֹן f. תֶּהֶוְיָן, 1. נֶהֱוֵא. Quâ quidem sententiâ syntacticas verborum לֶהֱוֵא, לֶהֱוֹן et לֶהֶוְיָן

difficultates omnes unà tolli, non potes non concedere; sed in etymologicam grammaticæ partem conjectæ videntur. Profectò mira est talis conjugandi ratio. Videamus tamen, num analogiâ omni careat. Sermo Chaldaismi biblici, antiquissimi linguæ aramææ speciminis non ubivis convenit cum sermone paraphrasium Chaldæarum, etiam nulla Hebraismorum habitâ ratione, pariter atque hæ paraphrases et ipsæ idiomate paulò differunt unæ ab alteris. Quâ in re si quæ dialectus est antiquior, abruptiora solet vestigia s. initia ostendere dictionum et formarum quæ seriùs uspiam peculiares demum fiunt. Syri in iisdem Futuri personis, in quibus Chaldaismus biblicus ל loco י habere nobis videtur, loco י scribunt נ litteram, ל litteræ cognatam (vid. Ges. Lex. 1 ל), eaque omnia futura formant. Nec Chaldaismo hoc נ omninò alienum, deprehenditur in nonnullis paraphrasium seriorum (vid. Win. p. 34). Num fortasse illud נ, cujus explicationem nullam videmus (cf. Hoffmanni Gramm Syr. p. 175), ortum est ex illo ל solius verbi הֲוָא? Certè non dubitamus, fieri potuisse, ut verbum הוא hanc in reliqua verba vim exerceret, quum ad plurima ea conjuganda usus illius fuerit frequentissimus, ità ut *fui videns* pro *vidi*, *erit celebratus* pro *celebrabitur*, *erit colens* pro *colet* etc. diceretur. Ratio autem illa Chaldaismi biblici, quæ regionis cujusdam, fortasse Syriæ occidentalis, idiotismum

sapit, mendosè haud dubiè ex antiquiore Infinitivo לְהֱוֵא, significatione ejus aboletâ, ab initio erat orta. » Hucusque auctor.

Fateor eam explicationem secundum quam ל in לְהֱוֵא, לֶהֱוֵין etc. pro litterâ præformativâ *Jod* (י) 3 personæ sing. et plural. habetur, mihi admodum et præ cæteris placere; et facilè adducor ut credam ל illud originem ducere ex Syriasmo, ubi pro *Jod* præformativâ est נ in 3 pers. sing. et plur., pro unâ liquidâ נ, alterâ, nempe ל, in usum veniente in verbo הֲוָא. De eâdem quæstione hâc legesis Julium Fürst, *Lehrgebäude der Aramäischen Idiome mit Bezug auf die Jndo-Germanischen Sprachen.* Leipzig. 1835, pag. 113, et quæ scripsit E. J. Blucher pag. צג, § פט, grammaticæ suæ Aramaicæ Rabbinico idiomate conscriptæ, cui titulus : מרפא לשון ארמי, Viennæ 1838.

מְבָרַךְ *benedictum;* Particip. pass. masc. Pael rad. בְּרַךְ. Est ָ pro ַ (cf. מְקַטַּל) litterâ ר reduplicationem non admittente.

דִּי חָכְמְתָא וּגְבוּרְתָא דִּי־לֵהּ הִיא. *Nam ipsius est sapientia et potentia;* דִּי repetitum hìç est ἐμφατικως.

v. 21.

מְהַשְׁנֵא *mutans;* Particip. masc. Aphel rad. שְׁנָא,

pro מְשַׁנֵּא, servatâ characteristicâ. Cf. suprà notam ad v. 5 מְהַעְדֵּה *deponens;* Particip. Aphel. rad. עֲדָה; etiam hìc servata est characteristica. — מְהָקֵים *constituens.* Partic. Aphel. rad. קוּם; aliàs et regulariter Partic. illud sonat מְקִים; hic verò servata est characteristica ה (pro א) cui subjecta est vocalis (ָ) pro (ֲ). — יָהֵב *dans;* Particip. Peal. rad. יְהַב.

לְיָדְעֵי *intelligentibus.* Particip. Peal, rad. יְדַע.

v. 22.

גָּלֵא *revelans;* Particip. Peal rad. גְּלָא. — עַמִּיקָתָא *profunda*, plur. emphat. fem. generis pro neutro; a עַמִּיק *profundus*, rad. עֲמַק. —

מְסַתְּרָתָא *abscondita;* Particip. passiv. Pael fem. gen. plur. emphat. rad. סְתַר. — שְׁרֵא, Particip. *Peil;* rad. שְׁרָא.

v. 23.

אֱלָהּ אֲבָהָתִי *Deus patrum meorum.* אַב *pater*, plur. cum terminatione femin. gen. אֲבָהָן, cum affix. 1 p. אֲבָהָתִי.

מְהוֹדָא *gratias agens;* Particip. Aphel. rad. יְדָא; servata est characteristica conjugationis, quâ ejectâ idem vocabulum legitur מוֹדָא, ut est Dan. Cap. 6, v. 11. Deinceps ferè prætermissuri sumus monere servatam alicubi aut ejectam esse characteristicam conjugationis. — מְשַׁבַּח Particip. Pael, rad. שְׁבַח; Pael שַׁבַּח *laudavit.* יְהַבְתְּ est pers. 2ª præt. Peal rad. יְהַב *dedit.* — הוֹדַעְתַּנִי est pers. 2ª præt. Aphel cum suffix. 1ª pers. rad. יְדַע. — בְּעֵינָא *petivimus*, est pers. 1. plur. Præt. Peal. rad. בְּעָא.

v. 24.

עַל *ingressus est* (עַל) *ad aliquem.* עַל verbum est 3 pers. præt. Peal. rad. עֲלַל. — מַנִּי Pael. rad. מְנָא. הוֹבָדָא Infinitivus Aphel, rad. אבד, quod ad modum verbi quiescentis 1ª rad. hìc habitum. Cf. Winer *Grammatik des bibl. u. targum. Chald.* §21. לְחַכִּימֵי בָבֶל *Babelis sapientes;* ל hìc est nota accusativi.

אַל־תְּהוֹבֵד *ne perdas;* 2 pers. Fut. Aphel, rad. אֲבַד. — הַעֵלְנִי *fac me adscendere.* Imperativ. Aphel cum affix. rad. עֲלַל.

אֲחַוֵּא *indicabo;* fut. 1 pers. Pael. rad. חֲוָא in Pael חַוִּא. —

v. 25.

בְּהִתְבְּהָלָה *cum festinatione;* rad. בְּהַל quæ in Pael (בַּהֵל) notat *acceleravit, festinavit.* הַנְעֵל *adscendere fecit, introduxit;* in Aphel præt. a rad. עֲלַל; nota in הַנְעֵל esse *Nun* pro *Dagesh* (cf. דְּקַק quod in Aphel præt. 3 pers. masc. est אַדֵּק) quod quum sequens gutturalis ע recipere nequiret, adeòque, factâ compensatione, scribendum esset הָעֵל, dicendum est in vocabulo הַנְעֵל esse הַנְ pro הָ. Observa porrò ה ex Hebraismo illìc esse pro א. — דִּי־הַשְׁכַּחַת *quia inveni;* sed hic דִּי *quia* non est particula causalis, sed introducit orationem directam (*inveni* etc.), ut כִּי Hebr. ὅτι et *quia* in N. T. Græco et Vulg. versione. הַשְׁכַּחַת (pro הִשְׁכַּחַת et ה in capite vocabuli pro א) est 1 pers. præt. Aphel rad. שְׁכַח. — יְהוֹדַע *notum faciet.* 3 pers. fut. Aphel, rad. יְדַע.

v. 26.

בֵּלְטְשַׁאצַּר *Beltsazar*, (*Baltazar* ut vulgò efferunt) nomen Danieli in Nabuchodonosoris aulâ datum; Gesenio Beltsazar tantumdem est ac *Beli princeps*, i. e. princeps cui Belus favet; Beltsazar vocabulum, ait idem, componitur ex

בַּל et *tscha*, quæ terminatio vocabulis addita in linguâ Zendicâ nota genitivi est, et *zar* = *sar* quod *principem* notat. Vid. Gesen. in thesauro a. h. v. A Gesenio in explicando hoc vocabulo toto cœlo differt Bohlen in Symb. p. 24.

הַאִיתָךְ כָּהֵל *an es tu potens=potes-ne?* ex ה interrog., אִיתַי i. q. יֵשׁ Hebr., et affixo. Cf. Hebr. יֶשְׁךָ. — כָּהֵל לִ׳ Particip. Peal rad. כְּהַל. הוֹדָעֻתַנִי *notum facere mihi*, pro הוֹדָעוּתַנִי, ubi nota ה ex Hebraismo esse pro א; est autem Infinit. Aphel a יְדַע, qui sine affixo quidem est הוֹדָעָא seu אוֹדָעָא, sed cum affixo, ut hìc fit, הוֹדָעוּת vel אוֹדָעוּת; atque hæc mutatio accidit formæ Infinitivi et cæterarum conjugationum Infinitivis, si ponantur in statu suffixi; excipe tamen Infinitivum Peal. — חֲזֵית *vidi;* 1 pers. præt. Peal. rad. חֲזָא; plerumque terminatur 1 persona in תִי v. g. חֲזֵיתִי. —

v. 27.

שָׁאֵל *petens;* particip. Peal rad. שְׁאַל. — יָכְלִין *valentes* (sunt=possunt) Particip. Peal. plur. rad. יְכַל. — לְהַחֲוָיָה vide suprà ad v. 10.

v. 28.

חֶזְוֵי רֵאשָׁךְ *visiones capitis tui;* h. e. ea quæ in

somnio tuo tibi videre videbaris. חֶזְוֵי plur. constr. a חֵזוּ *visio* in stat. Emphat. חֶזְוָא. דְּנָה הוּא *tale est;* constructio ad sensum. הוּא Pron. demonstrat. pro verbo substantivo.

v. 29.

אַנְתְּה *tu;* nominativus absolutus est; scriptio hæc : אַנְתְּה Hebraismum sapit (cf. Hebr. אַתָּה); aliàs scribi solet אַנְתְּ.

סְלִקוּ *adscendebant.* Præterit. Peal. rad. סְלִק (aliàs סְלֵק) *adscendit.* גָּלֵא רָזַיָּא *secreta aperiens.* גָּלֵא est particip. Pael rad. גְּלָא; רָזַיָּא est plur. emphat. a רָז, emphat. רָזָא.

v. 30.

וַאֲנָה *ego vero.* Nominativus absolutus est; verte : *ad me autem quod spectat, non propter sapientiam aliquam quæ sit in me* (דִּי־אִיתַי בִּי), *quâque præstem cæteris mortalibus omnibus* (מִן־כָּל חַיַּיָּא). — מִן hic vim comparativi habet; חַיַּיָּא *viventes,* plur. emphat. a sing. חַי. — רָזָא דְנָה גֱּלִי לִי *arcanum hoc revelatum est mihi.* גֱּלִי est Particip. Peil, quod et גְּלִי scriptum invenias, quamquam regulariter sit *Scheva* simplex sub ג, quum non

sit littera gutturalis; rad. גְּלָא *revelavit.* — לָהֵן *sed*, hìc particula adversativa ex ל et הן pron. demonstr. pl. fem.; primaria ergò significatio est *propterea*, sed et transiit, docente Gesenio (in Thesauro a. v. הן), in particulam adversativam, planè ut Hebraicum לָכֵן. Sensus: *sed revelatum est* עַל־דִּבְרַת דִּי *ideò ut* (דברת in stat. constr. cum iis quæ sequuntur; דִּבְרָה *causa*) *interpretatio somnii regi nota fieret*; verbotenùs: *ut regi notum facerent* (יְהוֹדְעוּן a יְדַע in fut. 3 plur. Aphel), quo etiam modo impersonaliter loquuntur Chaldæi, eoque et utuntur in iis sententiis, quas in formâ verborum passivâ nos efferremus. Cf. Dan. C. IV, v. 13 hoc: וְשִׁבְעָה עִדָּנִין יַחְלְפוּן עֲלוֹהִי. — תִּנְדַּע fut. 2 pers. pro תִּדַּע, rad. יְדַע. — תִּנְדָּע cum Kametz ob accentum.

v. 31.

חָזֵה הֲוַיְתָ *videns eras.* Particip. Pael חָזֵה a rad. חֲזָה (חזא) et 2ª pers. præt. Peal verbi הֲוָא *fuit*, ad exprimendum verbum finitum, quæ loquendi ratio solennis est Chaldæis. וַאֲלוּ *et ecce*. אֲלוּ idem quod אֲרוּ, permutatis inter sese ל et ר liquidis litteris. דִּכֵּן *ea ipsa* (imago) pronom. demonstrativ. ex דֵּךְ *hic*, et הֵן *ipse ille* (cujus plur. est הִמּוֹן);

vel, quod aliis placet דֵּכֵן est i. q. דֵּךְ additâ syllabâ ־ֵן, quæ eadem extat in formis אִלֵּין et אִנֵּין; atque hoc rectius mihi videtur. Notą דֵּךְ esse i. q. Hebr. זֶה addito suffixo 2æ personæ. Cf. Wineri Lexic. i. v. דִּכֵּן et Gesenii thesaurum in vv. אִלֵּין, דֵּךְ et דִּכֵּן. — זִיוֵהּ *splendor ejus* a זִיו cum affixo. — יַתִּיר *eximius*, rad. יְתַר. — קָאֵם *stans*. Particip. Peal, rad. קוּם. — לָקָֽבְלָךְ *ante te*, ex præposit. ל, affixo 2æ pers. et קֳבֵל; cf. suprà notata. רֵוֵהּ *adspectus ejus*, ex affixo et רֵו pro רְאֵו, ut videtur, a ראה *vidit*.

v. 32.

הוּא צַלְמָא est nominativus absolutus. חֲדוֹהִי *pectus ejus*; Plur. cum aff. a חֲדִי, emphat. חַדְיָא Plur. חֲדִין. Nomina membrorum plurali numero delectari constat, ait Gesenius; cf. ejus thesaur. a. v. חֲדִי et Gramm. Hebr. § 106, 2.

v. 33.

מִנְּהוֹן (secundum Kethib); *pars eorum* (pedum) ex affixo et מִן *pars, portio* in stat. constr. מִן (ut בֵּן in st. constr. בֶּן); puta a rad. מְנַן; quare et נ per *dagesh* duplicatur.

v. 34.

עַד־דִּי *donec* הִתְגְּזֶרֶת *abscissus fuit* (lapis), ex Hebraismo pro אִתְגְּזֶרֶת, ut scribitur infrà v. 45; est autem 3 pers. fem. Ithpe. cum duplici segol (ob ר) pro אִתְגְּזֶרֶת, rad. גְּזַר. — דִּי לָא בִידַיִן *sine manibus* (nullâ humanâ operâ) abscissus fuit lapis. דִּי videtur hìc πλεοναζειν, vel referendum est ad id quod præcessit, ità ut vertas : abscissus fuit lapis, (id) quod (די) non humanâ operâ (effectum erat). — וּמְחַת *et percussit*, 3 fem. Præt. Peal, rad. מְחָא. — הַדֵּקֶת *comminuit.* 3 pers. Præt. Aphel, rad. דְּקַק; nota הַדֵּקֶת esse pro אַדֵּקֶת (ה pro א ex Hebraismo), et hoc pro אַדְקַת, quæ forma usitata est in Aphel 3 fem. præt. verborum עע; causa est, ait Schaaf (in op. Aram. pag. 129), accentus ad penultimam retractus undè *Tzere* rediit, et *Patach* mutatum in *Segol*, ut sæpè hæ duæ inter se permutantur.

v. 35.

דָּקוּ *comminuta sunt;* rad. דוק. — כַּחֲדָה *simul* (verbotenùs : *sicut unum*) ex כ et חדה fem. (quod hìc est pro gen. neut.) τò חַד. Cf. Hebr. כְּאֶחָד. — וַהֲווֹ *et fuerunt;* Præt. Peal, rad. הֲוָא. — וְכָל־אֲתַר

לָא הִשְׁתְּכַח לְהוֹן *nullus locus inventus est iis*, h. e. fuere ità prorsùs dissipata, ut nemo dicere potuisset hìc sunt vel illìc. הִשְׁתְּכַח 3 pers. Præt. Ithpe. rad. שְׁכַח; adverte metathesin litterarum ש et ת; de quâ confer Wineri Gramm. § 10, pag. 29. הֲוָת לְ׳ quod est pro הֲוָת *evasit*. 3 fem. præt. Peal, rad. הֲוָא. — מְלָאת expressâ 3ª radicali, pro מְלָת *implevit*; 3 fem. Præt. Peal, rad. מְלָא.

v. 36.

נֵאמַר *dicemus*. 1 pers. plur. rad. אֲמַר. Vid. Wi-Gramm. § 21.

v. 38.

דָּאֲרִין *habitantes* pro usitatiore דָּיְרִין, Particip. Peal, masc. plur. rad. דּוּר. — הַשְׁלְטָךְ *dominari te fecit, dominum constituit*. Præt. Aphel. add. affix. (pro אַשְׁלְטָךְ), rad. שְׁלֵט *dominatus est*.

v. 39.

בָּתְרָךְ *post te*, ex בָּתַר *post* et affixo 2 pers. מַלְכוּ *regnum* pro מַלְכוּת; אָחֳרִי *aliud*; fem. gen. pro אָחֳרִית. Cf. Wineri Gramm. § 6, e. אֲרַעָא מִנָּךְ *inferius te*; h. e. tuo regno; vel secundum Keri:

אֲרַע מִנָּךְ adverbial. *infra te.* תְלִיתָאָה *tertium* (regnum) fem. a masc. תְלִיתָי. — תִּשְׁלַט 3 fut. fem. Peal. rad. שְׁלֵט. —

v. 40.

תֶּהֱוֵא *erit.* Fut. 3 pers. fem. gen. Peal. rad. הֲוָא. — כָּל־קֳבֵל דִּי *quemadmodum,* LXX : ὃν τρόπον; quam interpretationem si sequamur verba כָּל־קֳבֵל דִּי ferè vertenda forent *hoc omninò respectu quo*, essetque in apodosi supplenda particula כֵּן *sic*, quæ correspondeat alteri membro comparationis; מְהַדֵּק *comminuens.* Particip. Aphel; rad. דְּקַק. — וְחָשֵׁל *contundens*, Particip. Peal, rad. חֲשַׁל. — מְרָעַע Particip. Pael, rad. רְעַע. — תַּדִּק (pro quâ usitatior forma cum *tzere*, scil. תַּדֵּק) *comminuet*, Futurum in Aphel, rad. דְּקַק. — וְתֵרֹעַ *et conteret*, Futurum Peal, rad. רְעַע.

v. 41.

וְדִי חֲזַיְתָה *quod autem vidisti......* supple ante מלכו : *hoc significat.* — פְּלִיגָה *divisum* (regnum) Particip. *Peil.* rad. פְּלַג. — כָּל־קֳבֵל דִּי *quemadmodum;* ità LXX qui reddunt hìc : ὃν τρόπον. - מְעָרַב *mixtum;* est Particip. pass. Pael, rad. עֲרַב.

v. 42.

מִן־קְצָת *a parte, partim;* קְצָת *pars.* קָצָה Hebr. *abscidit.* מִנֵּהּ *pars ejus* (partim). Ex מִן et aff. fem. cf. dicta suprà v. 33.

v. 43.

מִתְעָרְבִין *commixti.* Particip. Ithpa. rad. עֲרַב. — לֶהֱוֹן *erunt* pro יֶהֱוֹן cf. dicta suprà v. 20. — דָּבְקִין *cohærentes*, Particip. Peal, rad. דְּבַק. — הָא כְדִי *ecce quemadmodum.* כְּדִי = כ partic. comparat.; דִּי particulam expletivam rectè dixeris, ut מוֹ in כְּמוֹ *sicuti.*

v. 44.

יְקִים *constituet.* Futurum Aphel, rad. קוּם. — לָא תִתְחַבַּל *non destruetur.* Supple דִּי *quod* ante לָא. Est autem תִּתְחַבַּל Futurum fem. gen. 3 pers. Ithpa., rad. חֲבַל. — תִּשְׁתְּבִק *relinquetur.* Futurum Ithpe. ubi nota vocalem *chirek* pro usitatiore *tzere:* תִּשְׁתְּבֵק. — תָּסֵף *consumet.* Futurum 3 pers. fem. Aphel, rad. סוּף *finem habere.*

v. 45.

כָּל קֳבֵל דִּי *quemadmodum* (LXX : ὃν τρόπον) *vi-*

disti etc. Nota hæc jungenda esse cum præcedentibus. יַצִּיב *verum* est somnium, מְהֵימַן *fidelis, fida*. Particip. pass. Aphel, rad. אֲמַן.

v. 46.

אַנְפּוֹהִי *facies ejus;* est plur. num. אַנְפִּין Hebr. אַפַּיִם, rad. אנף. — סְגִד *incurvavit* sese coram Daniele, סְגִד 3 pers. Præt. Peal. Nota triplicem esse verborum terminationem in Peal: פְּקַד, פְּקֵד et פְּקִד. — נַסָּכָה est Infinitivus Pael, rad. נְסַךְ.

v. 47.

מִן קְשֹׁט דִּי *ex veritate* est *quod* = verum est. דִּי יְכֵלְתָּ *quia potuisti*, rad. יְכִל. — מִגְלֵא *revelare* Infinitiv. Peal, rad. גְּלָא.

v. 48.

לְדָנִיֵּאל *Danielem;* ל hic est signum accusat. רַבִּי *magnum fecit;* Præt. Pael, rad. רְבָה. — הַשְׁלְטֵהּ *dominari eum fecit;* Præt. Aphel, rad. שְׁלֵט cum

affixo, ante וְרַב־סִגְנִין mente supple מַנִּי *constituit eum*, ad sensum τῶ הַשְׁלְטֵהּ quod præcessit.

v. 49.

מַנִּי *constituit.* Præt. Pael, rad. מְנָא.

NOTÆ MISCELLANEÆ.

IN CAP. II.

CHALDAICA ADDITAMENTA ESTHERIS.

In Canonico libro, qui Esther inscribitur, notum est, secundum Vulgatæ nostræ editionem, indè a capitis decimi versiculo quarto ad finem usque libri legi hæc : 1° Mardochæi somnium cum ejusdem interpretatione; 2° Eunuchorum conjurationem ; 3° Edictum Artaxerxis de trucidandis Hebræis ; 4° Mardochæi et Estheris ad Deum supplicationem; 5° Estheris non vocatæ ad Regem ingressum; 6° tandem superioris edicti revocationem. Hæc autem, quæ recensuimus, omnia desiderantur in Bibliis Hebraicis ; leguntur tamen in antiquâ Italâ et in Græcâ versione LXX, et quidem continuæ historiæ seriei intertexta, non verò ad calcem libri rejecta (1), ut in Vulgatâ nostrâ factum est auctore S. Hieronymo, qui hoc modo quæ legit in Hebraicis codicibus distinguere voluit ab iis, quæ in iisdem scripta non reperit.

Habent autem posteriora hæc libri Estheris capita eamdem cum novem prioribus canonicam auctoritatem, uti luculenter probant scriptores

(1) Undè *additamenta* vocantur.

catholici, qui de SS. Scripturarum canone pertractant. Quocirca hìc observare liceat S. Hieronymum, si quando censuit additamenta hæc canonicâ destitui auctoritate, in eâ tamen sententiâ non perseverasse, quum principio sui commentarii in Cap. I, Joelis ex eisdem additamentis quædam laudet tamquam e scripturâ canonicâ deprompta. Dicebam mox de S. Hieronymo : *si quando* censuit *additamenta* canonicâ destitui auctoritate ; nam licet vulgò sic sentiant, tamen, meâ quidem sententiâ, haud imprudenter in dubium vocari pōtest, utrum reverâ S. Hieronymus *additamenta,* quæ dicimus, pro apocryphis unquam habuerit. Nam qui hoc affirmant assertionis suæ probationem afferre nequeunt aliam, quam quæ habeatur ex verbis, quibus Estheris libri editioni præfatus est sanctus Pater. Sic autem scribit : « quem librum (Estheris) editio vulgata laciniosis hinc indè verborum sinibus (*al.* funibus) trahit, addens ea quæ ex tempore dici poterant et audiri; sicut solitum est scholaribus disciplinis, sumpto themate, excogitare quibus verbis uti potuit qui injuriam passus est, vel qui injuriam fecit.» Quæ verba, ut quid probent, dicta sint necesse est de ipsis his Estheris capitibus posterioribus, quæ *additamenta* vocamus, quæque in versione LXX et Vulgatâ nostrâ leguntur. Nam ponamus ubi S. Pater dicit *ea quæ ex tempore dici poterant et audiri addita esse editioni Vulgatæ* (quam

editionem LXX volunt esse adversarii), non de nostris *additamentis* esse locutum, nec *editionem* quam vocat *vulgatam* eo in loco versionem LXX viralem intellexisse, jam profectò nihil erit in verbis S. Hieronymi, ex quibus jure quis conficiat eum posteriora Estheris capita pro apocryphis habuisse. Atqui sic omninò res se habere videtur. Nam tametsi *editio Vulgata* S. Hieronymo sæpissimè sit versio LXX viralis, quæ et κοινὴ dicebatur, hanc tamen hoc loco non videtur intellexisse, quum paulò infrà, de eâdem versione mentionem faciens, eam *septuaginta interpretum* vocet. Accedit, ea quæ in nostris *additamentis* leguntur, non talia esse ut dici possint *laciniosi sinus* (*wydlopige uitweidingen*) continentes *ea quæ ex tempore dici poterant et audiri; sicut solitum est scholaribus disciplinis, sumpto themate, excogitare quibus verbis uti potuit qui injuriam passus est, vel qui injuriam fecit.* Nam contrà quæ in his *additamentis* referuntur talia sunt, ut necessario veluti nexu cohæreant cum iis quæ in prioribus novem Estheris capitibus sunt enarrata. De hoc qui dubitat, uno tenore legat Estheris librum ex editione LXX virali, in quâ, quæ *additamentorum* titulo in Vulgatâ nostrâ ad calcem libri rejecta sunt, historiæ seriei inserta suis quæque locis leguntur. Itaque putem quam in citato loco S. Hieronymus *vulgatam* vocat *editionem*, intellexisse antiquam versionem *latinam*, quam *Italam* vocant, quæque *communis*

et *vulgata* a S. Hieronymo passim vocatur. Hanc ergo Latinam versionem S. Pater dixerit Estheris *librum laciniosis hinc indè verbörum sinibus trahere* etc. Quam verò laciniosis sinibus traheretur liber Esther in exemplaribus antiquæ illius Vulgatæ, colligi poterit ex eo quod pro unico versiculo quinto capitis decimi quarti in Msc. quod Martianæus (1) *septimum* inscripsit, leguntur sequentia : « Ego audivi in libris paternis meis, Domine, quoniam Noe in aquis diluvii conservasti : ego audivi in libris paternis meis, Domine, quoniam tu Abrahæ in trecentis et decem octo viris novem reges tradidisti : ego aud. in libr. pat. meis Dom. quon. tu Jonam de ventre ceti liberasti : ego a. i. l. p. m. D. q. tu Ananiam, Azariam, Misael de camino ignis liberasti : ego a. i. l. p. m. D. q. tu Daniel de lacu leonum eruisti : ego audivi etc., » et sic porrò.

Ad Origenem autem quod spectat, quem etiam nobis objiciunt Protestantes, tantum abest ut canonicam additamentorum auctoritatem neget, ut contrà luculentissimè eam adstruat. (Vide ejus epistolam ad Africanum. Op. Omn. T. I, pag. 12 et sqq. in edit. Caroli de la Rue). — Sixtum Senensem etiam novimus post Tridentinum scripsisse canonicâ auctoritate destitui postrema sex Estheris

(1) Vide Jo. Martianæi Monach. Benedict. notas in S. Hieronymi divinam Bibliothecam, pag. 78. Leguntur hæ notæ ad calcem Tom. IX, Op. Omn. S. Hieronymi ex edit. Vallarsii Venetiis 1770. 4°.

capita; verùm *jussu sanctæ Inquisitionis falsa hæc sententia in Sixto Senensi expuncta fuit*, ut refert Antonius a matre Dei, in prologo Isagogico in librum Estheris. Nova quæ deinceps (A. 1742) adornata est Sixti Senensis operum editio isto errore non maculatur; est autem hæc ea editio quam P. Milante, ex eodem religioso cœtu vir clarissimus, curavit et Benedicto XIV dedicavit. Quare errat Jahnius (1) dum arbitratur hanc dedicationem patrocinari iis, qui nunc negarent additamentorum canonicam auctoritatem.

Jo. Bern. de Rossi vel ex ipsis Estheris capitibus protocanonicis deuterocanonicorum fidem adstruit. « Tanta est, inquit, protocanonici Estheris libri cum deuterocanonicis ejus additamentis connexio, ut qui hæc neget, vel respuat, illum quoque negare, vel respuere cogatur. Multa enim in hodierno libro Estheris in Esdrinum canonem recepto silentio prætermittuntur, quæ in eo esse scripta commemorantur; ex quibus alia quidem perierunt, alia verò in additamentis ipsis servata sunt...... Quam autem pugnam, qui hæc additamenta rejiciunt, cum libro ipso protocanonico reperiri autumant, eam quamplures ex nostratibus sustulerunt, quibus nuperrimè accessit doctissimus Marchinus, præceptor olim meus amantissimus, in tractatu de sacrorum librorum divinitate. » Hæc

(1) *Einleitung in die Göttlichen Bücher des alten Bundes*, 2 Th. IV abschnitt. § 235.

ille (1), qui mox addit non unâ protocanonicâ Estheris historiâ firmari fidem *additamentorum*, sed et vetustiorum interpretum, ac scriptorum auctoritate (2); quare additamenta hæc Judaicæ antiquitati ignota fuisse falsò statuit Christoph. Wolfius (Bibl. Hebr. Tom. II, pag. 207). Sed hæc hactenùs.

Jam verò quod spectat ad quæstionem de auctore *additamentorum* (quæ in Græcis quidem exemplaribus suis quæque locis inserta, in Hebraico non se reperisse testatur S. Hieronymus), de hoc alii aliter sentiunt. Bellarminus (3), Huetius (4) aliique putant olim extitisse Estheris exemplar Hebraicum duplex, brevius alterum, alterum antiquius idemque paullò locupletius, undè LXX viralis versio manasset (5). Quibus ità consentit Bernardus de Rossi (6), ut tamen ipsi videatur antiquum illud Estheris exemplar Chaldaico primùm idiomate

(1) De Estheris additamentis eorumque fide auctore ac primigeniis variisque codicibus. In opere infrà citando pag. 117 et seqq.

(2) Puta LXX et Theodotionis interpretum, (cf. Origenis Ep. ad Africanum) et Fl. Josephi Historiographi; cf. Antiqq. Lib. X, C. VI.

(3) De verbo Dei Lib. I, C. VII.

(4) Demonstr. Evang. T. I, pag. 236, edit. Ven.

(5) Fl. Josephus Assueri (Artaxerxis) epistolas duas refert, idemque orationem Mardochæi et Estheris paucis verbis commemorat. Antiqq. Lib. XI, Cap. VI. Is autem profitetur in ipso sui operis procemio daturum se gentis suæ historiam ex Hebraicis litteris translatam: μέλλει γὰρ (opus ejus) περιέξειν ἅπασαν τὴν παρ' ἡμιν ἀρχαιολογίαν καὶ τὴν διάταξιν τȣ πολιτεύματος ἐκ των Εβραικῶν μεθηρμενευμένην γραμμάτων.

(6) Specimen variarum lectionum sacri textûs et Chaldaica Estheris additamenta. Romæ, 1782, pag. 124. § IV, *addita-*

exaratum; « et multa sunt, ait, quæ conjecturæ fidem faciunt. Scripsit enim Mardochæus in Assueri regno, ubi latissimus ac familiaris erat Chaldaici sermonis usus. Scripsit ad Judæos captivitatis Babylonicæ sub Jechoniâ abductos, ad quos ipse pertinebat, vel ad eorum prognatos per universam Assueri ditionem, variasque provincias dispersos, qui Chaldaicè loqui familiariter cœperant. In horum autem gratiam Mardochæum librum hunc conscripsisse extra controversiam est, constatque ex Cap. IX, 20. Scripsit eâ ætate, quâ publicè nationis facta et historiæ, præcipuè extra Palestinam, ut ex Daniele et Esdrâ patet, Chaldaicè conscribebantur. Scripsit demum eâ ætate, quâ, sive sub Dario Hystaspi, sive sub Artaxerxe Longimano ea constituatur, Hebraicum idioma cœperat certè in desuetudinem abire. In hæc autem acta etiam Assueri epistolas suarumque precum formam Mardochæum et Estherem congessisse, verosimillimum est. Eæ enim ad historiam ejusque fidem ac perfectionem, ut reliqua pertinebant, iisque destituta insigni eoque authentico documento destitui videbatur; præsertim, quum Chaldaicum Assueri litterarum apographum etiam emanasse et in Judæorum manibus extitisse sacer ipse contextus evincat. Cap. VIII, 9. Quod si Estheris sermonem, qui hodiè non superest, in eum librum

mentorum auctor et ætas; et *a Mardochæo conscripta..* § V, *de antiquo Estheris. libro*

Mardochæus inseruit, teste sacro ipso textu (1), quare eum Assueri epistolas, cæteraque additamenta omisisse credamus ad historiam pertinentia, tantoque veterum consensu et auctoritate firmata? Chaldaica hæc hujus historiæ acta ità a se congesta ad populares suos misit Mardochæus Persarum ditioni subjectos (Cap. IX, 20). Mardochæi acta cœperunt ergò et privatim et publicè legi in omnibus synagogis, donec synagoga magna, ac sacer et supremus Palæstinorum magistratus in Hebraicum ea idioma convertit, recensuit, abbreviavit, eaque sic congesta et abbreviata in sacrum canonem recepit. Quo factum est ut Chaldaicus Estheris liber obsoleverit, et e Judæorum manibus et memoriâ ferè deciderit, Hebraicus verò hodiernus, qui quoddam est priorum actorum compendium, usum et auctoritatem obtinuerit. Ità tamen obtinuit, ut non deessent, in Assyriâ potissimùm, Chaldæâ, Mediâ, Persiâ, Ægypto sacri codices, qui antiqui vestigia ac reliquias, qui Chaldaica scilicet illa Assueri litterarum apographa et Mardochæi et Estheris orationes haberent in sacrum textum insertas, et ità ut non deessent etiam multæ extra Palæstinam præcipuè synogogæ, quæ hos ipsos codices et hæc ipsa additamenta ut sacra

(1) Scilicet Cap. IX, 32, ubi (*sunt verba de Rossi*, *pag.* 128) sacer scriptor (secundum verba Hebraica, nam Vulgata hìc a textu discedit) appellat ad antiquum alium Estheris librum (ונכתב בספר) qui illum sermonem in hujus festi confirmationem complectebatur.

ac divina legerent, ac reciperent. Ejusmodi codices exstitisse in Ægypto LXX interpretum ætate, testis est eorum versio. Ipsi enim, vel anonymi auctores versionis illis tributæ, Estheris exemplar ob oculos habuerunt, quod hæc additamenta complectebatur. Si verò integra, quod nonnullis placet, Græca hujus libri versio Lysimacho tribuitur, constat jam codices istos exstitisse etiam, lectosque fuisse in Palæstinâ, et in ipsâ Jerusalem, ubi versio illa facta est, teste Dosithæo ac Ptolemæo ejus filio, qui eam in Ægyptum detulerant (Cap. XI, 1). Hi iidem codices supersunt etiamnum (1) qui hæc additamenta ità exhibent, ut appareat fuisse olim in Judæorum synagogis in

(1) Codices hos recenset de Rossi citati operis pag. 122 et sqq., ubi de Pontificio, Vaticano et Ambrosiano Codd. notat hæc: « Singularis autem et animadversione prorsùs dignissima est ratio, quâ hæc additamenta exhibentur in codice Pontificio. Nullum enim inter ea et reliquos sacros libros intercedit discrimen. Character major est, et idem planè cum charactere protocanonici, qui præcedit, Estheris libri. Punctis et accentibus, ut sacri libri, instructa sunt; sub finem verò, quod mireris, recensentur ut ad canonem spectantia, et versiculorum summa ex scribarum præscripto, qui sepem legi sacrisque libris fecerunt, apponitur, ne amittantur vel corrumpantur: *Numerus versiculorum libri est* 51. *explicit oratio Mardochæi, et oratio Estheris et somnia illius.* Hoc autem eorum librorum, qui in canonem recepti sunt, peculiare ac proprium esse norunt docti. In codice Vaticano additamenta hæc punctis, accentibus, titulo, et epigraphe destituuntur, character verò minor est. In Ambrosiano autem titulo quidem carent, ut ex nuperrimis cl. Brancæ litteris intellexi, sed puncta et accentus, eamdemque sub finem habent masorethicam epigraphem. Character tamen minor est, idemque cum charactere Targum. »

canonem relata et ut sacra habita. Sed hodierna hæc Chaldaica Estheris *additamenta* retenta-ne sunt ex Mardochæi actis ex antiquo illo Estheris libro, an verò ex Græcâ vel Latinâ interpretatione hausta? Posterius ego nullo modo dixerim, qui ea cum Græco Latinoque textu non convenire deprehendo, nec ad amussim ad eorum fidem esse translata. Primum illud si quis conjiciat, meo quidem judicio fateatur necesse est, ea, qualia supersunt, sequioribus fortè temporibus esse interpolata. Nonnulla enim sunt, quæ recentiorem sapiunt ætatem, non ità tamen recentiorem, ut antiquiora habenda non sint utrâque editâ Estheris paraphrasi priori ac posteriori, ut collatio ipsa demonstrat. » Hucusque de Rossi.

Antequam finem imponamus notæ huic, sat prolixæ, nec tamen, ità reor, otiosæ, monendi adhuc sunt lectores mei, quod non vidi ab aliquo observatum, scilicet Mardochæi somnium citari ex antiquo ***Midrash*** etiam in ילקוט שמעוני (vid. pag. קעב, column. 3. in edit. laudatâ suprà Vol. I, P. I, p. 251). Ità autem ejus somnii narratio hebraica comparata est ut ex Chaldaicis nostris additamentis videatur transumpta. Eam hìc subjicio :

ומרדכי ידע את כל אשר נעשה שנתקיים החלום שחלם בשנה השנית למלך אחשורוש וירא בחלום והנה רעש ורעד חזק מאד וקול בהלה על פני כל הארץ ופחד ורעד על כל יושביה ויסעו שני

תנינים גדולים זה לקראת זה למלחמה וירוצו לקולם כל הארץ והנה ביניהם גוי אחד קטן ויקומו כל הגוים על (1) גוי קטן לאבד. זכרו מן הארץ והנה היום ההוא יום חשך וערפל לכל העולם ויצר לגוי הקטן מאד ויצעק אל יי׳ והתנינים נלחמים באכזריות חמה וירא מרדכי והנה מעין אחד עובר בין שתי התנינים ויפריד בין שניהם מן המלחמה אשר היו נלחמים ויגדל המעין ויהי לנחל שוטף כשטף הים הגדול הולך ושוטף על כל הארץ ויזרח השמש מאד על כל העולם ויתרומם הגוי הקטן ונעשה שלום ואמת בכל הארץ.

Sciendum est prætereà Gorionidem additamenta nostra Chaldaica a principio ad finem usque hebraicè, hìc illic quidem aliquantisper liberius, sed stylo planè eleganti reddidisse. Quare rem lectoribus meis gratam facturum me existimo, si hoc Gorionidis caput historicum hìc apposuero. Latinam tamen interpretationem non adjiciam, cum Chaldaica, ad quæ ea facta est, infrà Latinè reddita sint. —

(Ex Gorionidis Lib. I, Cap. 4, pag. יד versâ edit. Amstelodam. apud Salom. Proops (פרופס) Anno : יוסף בן גוריון לפ"ק).

.....ויבקש המן להשמיד את כל היהודים. וידע

(1) Scribendum fuisset; cum ה׳ הידיעה sic : הגוי הקטן.

מרדכי את מחשבת המן ויזכור את החלום אשר ראה בשנה השנית למלך אחשורוש כי בחלומו ראה והנה רעש גדול ורעם חזק ועצום ותהי בהלה בכל הארץ ופחד ורעש ורעד וגעש על כל יושביה. ויריעו (1) אז שני תנינים גדולים זה לקראת זה למלחמה וירוצו לקולם כל גויי הארץ. והנה ביניהם גוי אחד קטן ויקומו כל הגוים על הגוי הקטן הזה לאבד שמו ולמחו׳ זכרו מעל כל הארץ. ויהי ביום ההוא חשך ואפלה בכל העולם ויצר לגוי הקטן מאד מאד והיו צועקים אל יי׳. והתנינים נלחמים באכזריות ובחמה גדולה ואין מפריד ביניהם. וירא עוד מרדכי שנית בחלומו והנה מעין קטן עובר בין שני התנינים האלה ויפריד ביניהם מן המלחמה אשר היתה ביניהם והעמין ההוא הקטן גדל עד מאד ויהי לנהר שוטף כשטף ים גדול ורחב ידים ויהי הולך ושוטף בכל הארץ. וירא והנה זרחה השמש על הארץ ויהי אור על כל העולם. ויתרומם ויתגדל הגוי הקטן ההוא והגבוהים הושפלו, ויהי

(1) ויריעו tum *clamaverunt*, *strepitum ediderunt*. Hiphil. rad. רוע. Forsan pro ויריעו legendum est : ויֵּרָאוּ Fut. Niph. Nam Chaldaicè est איתחזא vel rectiùs in Cod. Vatic. איתחזיו. h. e. *visi sunt*, *apparuerunt*.

שלום ואמת בכל העולם. ויהי מהיום ההוא והלאה וישמור מרדכי בלבו את החלום אשר ראה. ויהי כראות מרדכי את החלום ויספרהו לאסתר והנה נערה קטנה בחיקו. ויהי כאשר הצר לו המן ויאמר מרדכי לאסתר המלכה בת דודו לאמר: בא החלום אשר ספרתי לך בימי נעוריך ועתה קומי ובקשי רחמים מאת אדון הרחמים ובואי נא לפני המלך אחשורוש ובקשי תשועה מאתו על עמך ועל מולדתך. ויתפלל מרדכי היהודי אל יי׳ אלהי ישראל ויאמר: גלוי וידוע לפני כסא כבודך אדון כל העולם הלא נודע לפניך כי לא מרום עיני ולא מגובה לבי עשיתי זאת אשר לא השתחויתי לעמלקי המן הרע הזה הצר הצורר לעם קדשך ותפארתך; אמנ׳ מיראתך התגרתי (1) בו ולא השתחויתי לו. כי יראתי מפניך יי׳ אלהי ולא אביתי לתת את כבודך לאחרים ותפארתך לבשר ודם ולא רציתי להשתחוו׳ לזולתך. כי מי אני אשר לא אשתחוה להמן אשר נשאו זמנו והמלך אחשורוש גדלו? והלא על תשועת ישראל (2) נעליו אשר ברגליו ועפר הארץ אשר

(1) התגרתי. Mendosam hic lectionem esse puto; itaque arbitror legendum: התגריתי a rad. גרה.

(2) Videtur hic excidisse aliquod vocabulum, v. g. אלחך.

ידרוך. ועתה אלהינו הצילנו נא מידו ויפול הוא בשחת אשר טמן ובבור אשר כרה וילכד ברשת אשר טמן לרגלי חסידיך; וידעו כל העולם כי לא שכחת את השבועה אשר נשבעת לאבותינו ולא הפרת (1) אותה; גם ידעו כי לא נתתנו בגלות מקוצר ידך כי לא יכלת להושיענו, כי אם בעונות אבותינו נמכרנו ובחטאתינו הגלונו מארצנו כי חטאנו לך. ועתה אלהינו רב להושיע המחייה מתים ריבה את ריבנו ונקום את נקמתינו והושיענו מיד המן כי צר ממנו מאד ואנחנו עליך עינינו ועדיך נברח להיותך למגן בעדינו ולעמוד בקרבינו להלחם את מלחמותינו ולשפוט על כל הקמי׳ עלינו. וזכרנו יי׳ אלהינו כי חלקך אנחנו בבני האדם. ומאז בהנחילך עליון ובהפרידך בני אדם ונהיה אנחנו בגורלך אשר השלכת לבני אדם.

ועתה אלהינו למה יאמרו צרינו כי אין אלהים לישראל ויפתחו פיהם לבלוע את חלקך את עם הקדש ולהלל את עצביהם והבליהם? אנא אלהינו הצילנו נא מידו ויבושו מתקותם וישימו יד לפה בראותם את ישועתך יי׳ עמנו; ורחם על עמך ועל נחלתך ואל תסתום פיות מהלליך ערב ובקר וצהרים תמיד

(1) הפרת rad. פרר; in Hiphil.

והפוך יגוננו לששון ואבלנו לשמחה וי״ט. וכל ישראל הנמצאים בשושן הבירה זעקו אל יי׳ עם מרדכי השר המושיע וגואל לישראל כיד אלהיו הטובה עליו לעזרו על דבר הצר אשר הצר ואשר הציקם המן בן חמדתא העמלקי. גם בכל מדינות המלך אחשורוש ובכל עיר ועיר מערי המדינות צוה מרדכי בכת׳ לעשו׳ כל איש כמעשהו. ותבקש גם המלכה אסתר רחמי השם כי פחדה גם (1) מן הרעה אשר צמחה על עמה. ותפשוט את בגדי מלכותה ואת עדיי תפארתה ותלבש שק ואפר ותפזר שערו׳ ראשה ותמלא את ראש׳ עפר ואפר ותענה בצום נפשה ג׳ ימים לילה ויום ותפול על פניה ותבך ותתפלל ותאמר: יי׳ אלהי ישראל אשר משלת מימי קד׳ ובורא העולם עזור נא לאמתך אשר אין לה עוזר כי אם אותך (2) ופדה אותי ואת עמי מיד הצר הצורר אותם. כי בדד אני יושבת הנה בבית המלך ואב ואם אין לי ואתה הוא אבי יתומים ויתומות וכיתומה עניה שואלת מבית לבית כן אנכי שואלת את רחמיך מחלון לחלון (3) בודדת ויחידה בבית המלך אחשורוש

(1) Videtur hìc deesse היא.

(2) Pro אותך mallem hìc legere : אתה.

(3) Post לחלון leguntur sequentia : כי אראה שמיך ואגדלה שמך על כל מעשיך, quæ ab-

מן היום אשר לוקחתי הנה ועד היום הזה׳ ועתה אלהים הנה נא נפשי בכפי קחנה מידי אם ייטב בעיני כבודך ואם לא תרצה לקחת׳ ותאבה להחיותני׳ להודות את שמך כי לא יסופר בקבר חסדך הצילה נא את צאן מרעיתך מן האריות האלה אשר קמו עליהם לטרפם. כי אבי ואמי ספרו לי ומרדכי עבדך אומני למדני ובתורתך כתוב לאמר אשר הוצאת את אבותינו ממצרים והרגת בכוריהם ועמך הקדוש הוצאת מתוכם ביד חזקה ובזרוע נטויה ואחרי כן העברתם בים סוף כסוס העובר בבקעה והולכתם במדבר ותתן להם לחם מן השמים ומים מצור החלמיש וכן לכל גוי לא עשית כי משפטיך לא ידעו. וגם בשר לשובע נתת להם ותך לפניהם מלכים גדולים ואדירים ואת ארצך הטובה הקדושה והטהורה הנחִלת אותם. וכאשר חטאו אבותינו לשמך הגדול ונתת אותם (1) בשבי והנה אנחנו בגולה כהיום הזה כי עונותיהם סבלנו. וכה דברת ביד משה עבדך נאמן ביתך (2): « בצר לך ומצאוך כל

esse jussi, quum mihi videantur esse alicujus librarii nota, quæ margini Codicis primùm inscripta deinceps in textum irrepserit.

(1) Post הגדול in editione quam repræsentamus legitur ità: ואינם נתת הותם ואותנו quæ cum planè non intelligam, nec intelligi posse, mihi certè, videantur, ex conjecturâ edidi: ונתת אותם בשבי.

(2) Deuteron. Cap. IV, v. 30.

הדברים האלה וגו׳ כי אל רחום יי׳ אלהיך וגו׳ » על יד משה הבטחת חסדך הגדול לבלתי תפר בריתך אתנו ולזכור לנו ברית ראשונים להיותך לנו לאלהים. וכן כתוב ע״י משה עבדך: « ואף גם זאת בהיותם בארץ אויביהם וגו׳ וזכרתי להם ברית ראשונים אשר הוצאתי אותם מארץ מצרים וגו׳ (1) » ועתה יי׳ אלהינו לא רב לצרים הצוררים האלה כי יעבידו אותנו בפרך, גם כי המה אומרים כי לא נתתנו אתה בידם ויודו לפסיליהם ולהם ישתחוו לאמר אתם נתתם את היהודים בידינו. ועל כן אני שפחתך חסדך הגדול תעבתי ושנאתי אותם שנאה גדולה כאשר ישנא החכם היודע בטבע העולם להעביר על פניו חתיכת בגד מלוכלך אשר תשתמש בו אשה נדה; כן גם אני אשנא את בגדי תפארתי ואת כתר המלכות אשר בראשי להיות עמי גולה ביניהם וגם אני גולה וסורה עמהם. ומהיום אשר הביאני הנה לא שמחתי כי אם בחסדך הגדול ובטובך הנעים אשר לא יכלה. ועתה אלהינו אבי יתומים עמוד לימין היתומה הבוטחת בך ותן לי רחמים בעיני האיש הזה המלך אחשורוש כי יראתיו

(1) Levit. Cap. XXVI, v. 44, sq.

כאשר יירא גדי העזי׳ מפני האריה והשפילהו
וְהכניעהו עם כל יועציו ויהיה כנוע וכבוש לפני
בקשתי בחן וביופי. אשר תתן לי אתה אלהי עת
אבא אליו לבקש מלפניו על עמי; והטה את לבו
לשנוא את אויביך ולאהוב את עבדיך המה בני
ישראל עמך הקדוש ונחלתך הטהורה כי לב מלך
ביד יי׳ ולב המלכים בידך אל אדיר ונורא. הצילני
נא היום הזה מהיראה ומהמגור אשר יראתי
ויגורתי וְאָבֹאָה לפניו בחסד שמך ואצא מלפניו
בשלום.

Sequitur hìc B. de Rossi Latina interpretatio Chaldaicorum Estheris additamentorum.

INCIPIAM SCRIBERE

ORATIONEM MARDOCHÆI ET ESTHERIS.

Anno II regni Assueri Mardochæus Judæus somniavit somnium; et ecce terræmotus magnus, et tonitru, et sonitus terroris super universam terram, et timor et tremor occupaverunt incolas ejus, perturbatique sunt omnes habitatores mundi. Tunc apparuerunt duo dracones magni, qui venerunt secum invicem ad prælium, consternatique sunt omnes populi terræ ad strepitum

tumultûs eorum. Erat autem inter duos istos dracones populus unus pusillus, insurrexeruntque universi populi terræ adversus illum, ut deglutirent eum, ac perderent memoriam ejus desuper terram. Porrò nubes et tenebræ, et caligo erant super faciem omnis terræ, magnâque angustiâ premebatur populus ille exiguus, clamabatque, et orabat ad Dominum ex toto corde. Dracones autem præliabantur in sævitiâ furoris eorum, nemoque erat, qui ambos illos separaret. Viditque Mardochæus (1); et ecce fons aquarum vivarum fluens, et manans inter duos dracones pugnantes, et cessaverunt hi a præliando. Fuitque fons in fluvium ingentem et latum terminis, ut mare magnum, præterfluens, dilatansque se in terrâ. Ortus autem est sol, et lux splendoris, quæ illuminavit superficiem omnis terræ; crevitque populus exiguus, et exaltatus est vehementer, populi verò magni et superbi humiliati sunt. Quievitque omnis terra, quia crevit fides (2) et facta est pax habitatoribus terræ. Ex illâ autem die in posterum (3) custodivit Mardochæus somnium in corde

(1) Verba Chaldaica, ni fallor, rectiùs reddidisset de Rossi, si scripsisset : *hæc* (sc. superiorem visionem) *dum attentè consideraret Mardochæus, ecce fons aquarum* etc.

(2) Rectiùs, meâ certè opinione, ità : *quia magna erat securitas;* scilicet interpretando הימנות *securitatem*, quo sensu ejusdem radicis vocabulum אמת occurrit Isa. Cap. XXXIII, v. 6.

(3) Rectiùs : *ex illâ autem die et deinceps.*

suo, nec ulli narravit, nisi soli Esther. Accidit autem, quum affligeret eum Aman, opprimeretque, ut Mardochæus loqueretur ad Esther reginam filiam Abichail fratris patris sui, dicens : ecce evenerunt verba somnii, quod narravi tibi in diebus adolescentiæ tuæ, et ecce tribulatio, quam dixi tibi. Nunc itaque surge, et ora ante Dominum Deum patrum nostrorum, et præveni eum oratione, ut det tibi gratiam et miserationes in corde regis Assueri, sicque ascende in conspectum ejus in pulchritudine tuâ, ut erigas populum tuum et familiam tuam. Oravitque Mardochæus Judæus ad Dominum Deum suum, et dixit : quæso (1), creator omnium sæculorum, Domine, non est occultatum cor meum coram te; nec ex superbiâ spiritùs, et ex elatione cordis mei feci hoc, quod non adoraverim (2) Aman hunc Amalecitam. Sed propter timorem tuum feci, et concitatus sum in eum, ne inclinarem me illi, quia timui a facie tuâ, Deus sæculorum, ne darem gloriam tuam filio hominis, carni et sanguini. Idcirco renui adorare incircumcisum hunc immundum, præter (3) nomen tuum excelsum et sanctum, quod invo-

(1) Quidni hic : *ah! creator* etc.? respondet enim Chaldaicum בבעו Hebraico אנא.

(2) *Ut non adorarem* etc.

(3) Rectiùs : *nisi*; animadverte locutionem ellipticam, quam plenè reddas : nec alium quemvis adorare volo *nisi tantum nomen tuum* (h. e. te) etc. אלא = אלהין de quo cf. quæ scripsimus Chrestom. Vol. II, p. 1, pag. 204, seq.

catum est super nos. Quoniam quis ego, et quæ domus mea, ut non adorem hominem propter redemptionem Israel, et auxilium ejus, et ut non lambam pulverem pedum Aman, ubicumque incedit planta pedum ejus? Verùm in verbo tuo sperat anima nostra, quia tu solus es nobis, et patribus nostris in Deum. Itaque, Deus noster, eripe nos de manu ejus, cadatque in foveam, quam fodit, et capiatur reti suo, quod abscondit, et quo insidiatus est pedibus sanctorum tuorum; ut intelligant omnes populi, quod non es oblitus fœderis, quod pepegisti cum patribus nostris servis tuis, nec tradidisti nos in captivitatem nostram die hâc ob impotentiam manus *tuæ;* sed propter peccata nostra venditi sumus, et propter iniquitates nostras captivi abducti, quia peccavimus in te. Nunc ergo, Deus noster, qui magnus es in liberando, libera nos modò a manu ejus, nosque eripe a malignitate cogitationum ejus. Salvos fac, quum in afflictione sumus ante te, et quum ad te confugimus, ut erigamur. Tu solus potes sublevare dexteram pauperum, et salvare nos ab iis, qui adversus nos insurgunt. Duc ergò nos modò (1), quia pars tua sumus, qui a sæculis dilecti (2) præ hereditate populorum; et in divisione,

(1) Rectiùs secundum Vatic. lectionem ואדכר *et recordare quod* (ארום = Hebr. כי) *pars* etc.

(2) Interpretatio hæc non explicat ו illud, quod est in vocabulo ומחבבין; quare sic vertas: *recordare quod pars tua*

quam fecisti, filiorum hominum, separasti nos, ut essemus in sortem tuam, et segregasti nos a gentibus, ut essemus dilecti tui, nosque devovisti nomini tuo segregatione hâc ab omnibus populis. Nunc igitur, Deus noster, quare dicent oppressores nostri : nullus est eis Deus, qui salvet illos; et os suum aperient, ut devorent nos, hereditatem tuam, et ut laudibus extollant sculptilia sua, et vanitatem suam, dicentes : hæc sunt, quæ nobis opitulantur ad domandum populum hunc. Quæso, Deus noster, salva nunc nos a manibus eorum, et pudore confundantur gentes a sculptilibus suis, et templis suis, falsisque eorum diis, et manum ori imponant, videntes redemptionem tuam, o Domine! Estoque modò propitius populo tuo, et hereditati tuæ, nec obturentur ora laudationis eorum, qui perpetuò, vesperè, et manè nomini tuo confitentur. Et converte luctum nostrum in gaudium et exsultationem, et vivemus, et laudabimus te propter redemptionem bonam, quâ redemeris nos.

Et omnis Israel et Juda clamaverunt simul ad Dominum Deum suum ob afflictionem, quâ afflicti sunt eo tempore, quo eos afflixit Aman

sumus, *idque jam a sæculis* (ab antiquissimis temporibus) *et quod dilecti sumus in* (lego ב secundum Cod. Vatic.) *hæreditate populorum* (quod nos in populum tuum, quasi hæreditarium quoddam peculium, e cæteris populis elegisti) *quodque in divisione* etc.

filius Chamadathæi Amalecita, qui erat ex semine Agag. Seorsim quoque Esther regina angebatur, convertitque se ad Dominum, ut excitaret eum oratione; timebat enim malum, quod pullulaverat ex pravâ cogitatione Aman. Dimisitque vestimenta regia, et ornatum elegantiæ, induitque se sacco, solvitque capillos capitis sui, et implevit eos pulvere ac cinere, et afflixit se jejunio, absconditque se in abdito. Et cecidit in faciem suam, oravitque dicens : Quæso, Domine Deus Israel, rex super omnes reges, et creator omnium, cujus possessio sunt cœli et terra, qui dominaris in excelsa altissima cœlorum, et in ima terræ, et in maria, et in abyssum, et in omnes dracones eorum. Adiuva nunc, quæso, ancillam, quæ sedet solitaria, cui nullus est auxiliator præter te. Nam sola hìc sedeo, et sola habito in hoc palatio regis sine patre et matre, sola sicut pupilla infelix, quæ victum per gratiam quæritat de domo in domum; sic peto misericordiam tuam, tuamque benignitatem e fenestrâ in fenestram in domo hâc regis Assueri, a die quâ hùc abducta sum, usque ad præsentem diem. Nunc autem, Deus noster, en anima mea est quasi in manibus meis, ut occidar. Tolle eam e manibus meis, si placitum hoc est ante te. Si autem non vis tollere, libera modò oves pascui tui ab ore istorum leonum, qui aperuerunt os suum, ut devorent illas. Etenim audivi a patribus meis, narratum quoque est

mihi, quod tu eduxisti patres nostros e medio populorum, et egredi fecisti illos ex Ægypto, et occidisti omnem primogenitum Ægyptiorum propter illos. Et populum tuum eduxisti e medio eorum, et manum tuam fortem, et brachium excelsum ostendisti Ægyptiis propter populum tuum, et transire fecisti eos per aridam, sicut equum in deserto, et quasi jumentum in valle, et dedisti panem de cœlo ad famem eorum, et ad eorum sitim eduxisti eis aquam ex durissimo lapide rupis; escam etiam carnis, et volucres cœli ad eos saturandos divisisti eis, aquam e rupe excelsâ ad explendum desiderium illorum; et cibasti eos quadraginta annis in deserto, terrâ inhabitatâ, et delevisti in conspectu eorum reges magnos, et superbos, et hereditare fecisti eos terram, et dedisti eis terram laudabilem in hereditatem bonam in plenitudine bonitatis. Quando vero peccaverunt patres nostri in nomen tuum excelsum, tradidisti illos in manus eorum, qui eos abducebant. Et ecce in exsilio sunt illi hoc tempore. Narratum pariter est mihi, et dictum, quod tu loquutus es per Mosem servum tuum: (cf. Levit. C. 26, v. 44) etiam quum erunt illi in terrâ inimicorum suorum, non alienabo me ab eis in regno Babylonis, nec derelinquam illos in regno Mediæ et Persiæ; (*non est futurum*) ut perdantur in regno Græcorum, ut abrogem fœdus meum cum eis in regno Edom; quia ego sum Dominus Deus eorum in diebus

Gogi, et Magogi. Nunc autem non satis est nobis exsilium nostrum, quod ipsi servire faciunt nos durissimè; sed dicunt illi, quod non tu tradidisti eos in manus eorum, sed sculptilia sua celebrant, eaque adorant et laudant, dicentes : vos tradidistis populum Judæorum in manus nostras. Propterea arctatur anima ancillæ tuæ et abominatur populum hunc, et odio eum habet, sicut abominabile frustum vestis mulieris menstruatæ; sic ego odio persequor illos. Odio etiam habeo et abominor omnia vestimenta gloriæ meæ, et omnia instrumenta ornatûs decoris mei, et coronam regiam, quæ est in capite meo, nec lætata sum a die, quâ hùc transtulerunt me usque nunc, nisi in verbo tuo solo, Rex meus, et Deus meus. Tu ergo, o Deus pater orphanorum, sta jam ad dexteram ancillæ tuæ orphanæ hâc die, quæ in verbo tuo confidit, in benignitate tuâ, et in misericordiâ tuâ, et da mihi gratiam coram Rege Assuero, quia timet eum ancilla tua, sicut timet ovis coram leone. Quæso, Deus, mansuetum fac illum cum omnibus consiliariis suis, (fac) ut sit mansuetus et mitis coram ancillâ tuâ ob gratiam, et benignitatem, et ob splendorem, et venustatem, quam dabis ancillæ tuæ, Deus meus. Et da in corde ejus, ut odio habeat inimicos eorum (*populi tui*), et ut misereatur servorum tuorum, nam cor regum in manu tuâ est, Deus gloriose, terribilis et fortis,

et libera me nunc a timore illius, quam expavesco, et metuo; et ingrediar ad eum in nomine verbi tui. Et pone timorem tuum super eum, et benedic, immittendo in cor illius timorem tui, ut egrediar a conspectu ejus in pace.

SUMMA

VERSICULORUM LIBR. II. EXPLICIT ORATIO MARDOCHÆI ET ORATIO ESTHERIS, ET SOMNIA ILLIUS.

Latinæ huic Chaldaicorum Estheris additamentorum interpretationi, subjicimus hìc notas Grammaticas quasdam in eadem additamenta.

—

Pag. 13, v. 3.

ומרדכי. ו vim hìc non habet conjunctionis *et;* sed inducit apodosin enuntiationis; vertas, si placet, per *tunc;* anno secundo.... *tunc* Mardochæus, etc. — Constructio verborum huic omninò similis occurrit Isa. 6, 1. בשנת־מות המלך עזיהו ואראה את־אדני *anno quo mortuus est Rex Ozias,* TUNC *vidi Dominum.*

Pag. 14, v. 3.

אִיתְחֲזָא 3 sing. Ithpeh. (rad. חֲזָא) sic rariusculè; forma enim solita est אִתְחֲזִי. Illius rarioris formæ exemplum occurrit in Thargum Psalm. 144, 4. בַּר נָשׁ לְלִמָא אִדְמָא. *Homo vanitati similis factus est.* Nota אִדְמָא = אִתְדְּמָא. — Sed præstat hìc legere in plur. איתחזיו, quam lectionem exhibet Codex Vaticanus.

דין כל קביל דין. *hic coram illo.* Dicitur קביל et כל קביל ad significandum *coram, e regione.* Sic Psalm. 5, v. 6. כָּל קֳבֵל יָתְבֵי תַרְעָא דְבֵית דִינָא *coram sedentibus in portâ domûs Judicii.*

Ibid. v. 4.

ארעא. Amanuensis oscitantiâ omissum vocabulum ארעא in Codice Pontificio, ex Codd. Vaticano et Ambrosiano de Rossi restituit. —

Ibid. v. 5.

אתרגושא Emphat. אתרגושתא fem.; a רְגַשׁ *tumultuatus est;* occurrit etiam in genere masculino, ut in hoc Psalmi 55, v. 12. אִתְרְגוּשְׁיָא בְמִצְעָהּ, *tumultus sunt in medio ejus*, quo genere auctor noster hìc usus est.

האינון. *Isti;* hìc י (*mater lectionis*) vicem supplet τȣ dagesch fortis in *Noun*.

Ibid v. 7.

לסלעמותיה. *Ad deglutire eum.* Infinit. cum præf. ל et aff. Radix quadrilittera est, sc. סַלְעֵם. De formatione radicum plurilitterarum videsis Gesenii *ausführliches grammatisch-kritisches Lehrgebäude der Hebräischen Sprache, Leipzig* 1817, pag. 861 et sqq. Item Julii Fürst, *Lehrgebäude der aramäischen Idiome mit bezug auf die Indo-Germanischen Sprachen.* Leipzig. 1835, pag. 107 et 135. — Verùm an in nostro סַלְעֵם non liceat potiùs agnoscere conjugationem rariorem illam quam *Schaphel* vocant, sc. סלעם pro שלעם a לְעֵם *masticavit*, ut סַנוֹר a נוֹר?

Ibid.

מֵעִילוֹי ex מִן, עִיל (= עַל) et aff. *a suprà eum.* Ex dialecto Jerosolymitanâ, ut Buxtorfio videtur, est וֹי pro וֹהִי. Ante ארעא omissum est ד, ut scridum fuisset דארעא.

Ibid. v. 8.

קיבלא a קְבֵל in stat. Emph. regulariter קַבְלָא. —

אַפֵּי ab אַף (per syncopen pro אַנְף) *nasus*; Emph. אַפָּא (et אַנְפָּא); forma dualis : אַנְפִּין *nares;* per synecdochen : *vultus, facies.* Radix est אֲנַף *spiravit.* —

Ibid. v. 9.

וְעָקַת *et angustiæ erant populo illi exiguo*, h. e. magnis angustiis premebatur. עָקַת est 3ª pers. fem. sing. Præt. a rad. עוּק. Quemadmodum nonnunquam femininum genus adhibetur ad exprimendam rem neutrius generis (quo genere caret Semitica dialectus (vide Gesenii Lehrgeb. pag. 661. §169), ità et ad exprimenda ea, quæ impersonaliter dicta, sunt hìc illìc usurpatur persona tertia in fem. gen. Exempla ejus Syntaxis dat Gesen. Lehrgeb. p. 797, quibus addi posse videtur id quod legitur Ps. 58, v. 16, scilicet תַּשְׁלֵג בְּצַלְמוֹן.

וקבילו; sic Dan. 6, 25. שְׁלִטוּ *dominati sunt.* Esræ 4, 12, סְלִקוּ *adscenderunt*, ubi quædam exemplaria, ut refert Schaaf (Op. Aram. pag. 52), habent (י) in medio. Regulariter hìc scribendum fuisset וְקַבִּלוּ. Cæterùm obiter observa verbum esse in plurali propter nomen collectivum עַמָּא. —

Ibid v. 11.

רוגזיהון; rad. רְגַז undè רוֹגֶז, Emph. רוּגְזָא. Sus-

picor autem hìc irrepsisse mendum, et pro רוגזיהון scribendum esse רוּגְזהוֹן; fieri tamen posset ut *Jod* in רוגזיהון adhibitum esset ad indicandum τo ז cum *schevate* mobili esse legendum, cui scopo τo Jod nonnumquam inservire in scriptis Rabbinicis notum est.

מפריש=מְפָרֵשׁ. Particip. Aphel; י est mater lect.

Est בֵּינֵי τῦ בין forma pluralis; confer formam (Hebraicam) pluralem אֱלֵי, quæ itidem, ut illud בֵּינֵי, seorsim extra statum affixi (non tamen nisi in scriptis Poeticis) occurrit, v. g. Job. C. 29, 19. שָׁרְשִׁי פָתוּחַ אֱלֵי־מָיִם. *Radix mea aperta est secus aquas.*

תרויהון *ambo illi.* תְּרֵין m. תַּרְתֵּין f. in stat. absol.; — תְּרֵי cum suffixis formam habet hanc: תַּרְו, ut hìc, cui additur suff. masc. plur. ־ֵיהוֹן.

Pag. 15, v. 6.

וגיוותנייא = גֵיוְתָנַיָּא scribitur et cum א, sc. גְּאוֹתְנַיָּא *superbi;* ponitur in stat. emphat.; rad. גאה Itpah. איתגאה *efferre, attollere se.* In hâc tantum conjugatione Chaldaicè usurpatur, auctore Buxtorfio in Lexico Chald. Talmud. et Rabbin. a. h. v.

שְׁדוֹכַת est 3ª p. fem. Præt. ex terminatione ַת; ut רְמוֹךְ *dormivit.* Cf. Schaafii operis Aramæi pag. 48.

Ibid. v. 11.

ואעיקיה est 3 pers. sing. masc. formæ Aphel a radice עוק. Hoc autem vocabulum notat *premi, arctari;* quare mallem hìc legere: והוה כד עק ליה ואעיקיה המן, ואמר וגו' h. e. *et fuit, cum angustiis premeretur, nam vexabat eum Haman, tum dixit* etc.

Pag. 16, v. 1.

אתי lege אֲתַי (quod est pro אֲתָא) in 3 pers. sing. præt.; quod si facias, admittenda est enallage numeri; vel אָתֵי erit in Particip. Peal. plur. in formâ constructâ; quæ, quod non infrequens, hìc esset pro absolutâ. Sic Job. 34, 34. אַנְשֵׁי חֲכִימֵי לְבָא *homines sapientes corde.* — Mallem tamen hìc legere in 3 pl. אתו.

Ibid. v. 2.

וצליאי habet edit. de Rossi; verùm lectionem hanc in mendo cubare nihil dubito; itaque

legito צַלָּא vel צַלִּי, quæ utraque ejus classis verborum usitata forma est in Imperativo Pael. Putem auctorem additamentorum pro צַלִּי cum א *matre lectionis* scripsisse צלאי, ut *Jod* illud, inter ל et א, tribuendum sit oscitantiæ librarii.

Ibid. v. 6.

לְמִיקוּם vel לְמִקּוּם Infinitiv. Peal cum ל a קוּם. Maximâ varietate in verbis quiescentibus secundâ ו Infinitivus Peal effertur. Videsis Schaaf. Op. Aram. pag. 169. Scriptio regularis est : מְקָם. — Cf. etiam Julii Fuerstii *Lehrgebäude der Aramäischen Idiomen mit Bezug auf die Indo-Germanischen Sprachen*, pag. 171.

Ibid. v. 8.

בְּבָעוּ ex ב et בָּעוּ, quod per apocopen est pro בעות *petitio, imploratio* (rad. בְּעָא). Ad litteram notat : *cum imploratione*, sed sumitur *interjectionaliter*, ut latinum *quæso*.

Pag. 17, v. 3.

בַּר נָשָׁא *filius hominis*, paraphrasticè pro *homo*. Quod sequitur בשרא ודמא itidem paraphrastica

locutio est ad *hominem* significandum. Cf. Matth. 16, 17. = *Beatus es Simon Bar Jona : quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed pater meus qui est in cœlis.* Ità quoque S. Paulus Ep. ad Gal. Cap. 1, v. 16. = *Non acquievi carni et sanguini,* i. e. non inii consilium cum quopiam hominum. Eâdem phrasi *caro et sanguis* (1 ad Corinth. Cap. XV, v. 50), significari hominem *carnalem,* eum scil. qui corruptæ suæ naturæ indulget, quidam sentiunt. Veriùs, arbitror, quis dixerit voluisse S. Paulum eâ phrasi notare corpus humanum, quale illud in hâc terrâ gerimus, adeòque *corruptibile.* — Ante בשרא ודמא, cum appositio sit, supple ל ex præced. לבר. — סָרֵיבִית; si rectè ità scribitur, forma insolentior est pro solitâ סָרְבֵית; est autem 1 pers. Præt. Pael.

Ibid. v. 5.

דאיכא. Si reverâ rectè sese hìc habet scriptio, legerem דְּאִכָּא, sumendo *το Jod* post א pro signo *dagesh fortis* in litterâ כ; tum verò verbotenùs reddas : *Nam quis ego et domus mea ut sit cur non venerer.* Notum est Chaldaicum איכא = אִכָּא æquivalere Hebraico יֵשׁ.

Ibid. v. 7.

תדריך. Si nullus hìc est librarii aut typothetæ lap-

sus, τὸ תדריך erit inusitata forma 3 pers. fem. Fut. pro תִּדְרוֹךְ; occurrit et apud Dan. 2, 16. יִנְתֵּן a נְתַן. Ait Mardochæus : Quoniam quis ego, et quæ domus mea, ut non adorarem hunc hominem (Aman) propter redemptionem (*salutem*) Israel et auxilium eorum (*ut opem ferrem Israelitis*), et ut (non) lamberem pulverem pedum Aman, in loco ubi (*ubicumque*) calcaverit planta pedum Aman? q. d. : nam profectò si cum Amane, qui secundus est a rege, conferamur ego et domus mea, adeò conditione sumus illo inferiores, ut inflexâ cervice honorem ei tribuere nequaquam gravari posse videamur. Quo confirmat, quod suprà dixerat : non ex superbiâ recusavi honorem Amani; at is divinum sibi cultum postulabat (1). Quem soli Deo tribuendum rectissimè judicavit Mardochæus. Vulgata perspicuè (Esther. C. XIII, 12, sqq.): *Cuncta nosti, et scis, quia non pro superbiâ et contumeliâ, et aliquâ gloriæ cupiditate, fecerim hoc, ut non adorarem Aman superbissimum, (libenter enim pro salute Israel etiam vestigia pedum ejus deosculari paratus essem,) sed timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, et ne quemquam adorarem excepto meo Deo.*

Ibid. v. 10.

שֵׁיזִב = שֵׁיזֵב; forma specialiter est anomala, pro

(1) Vide Calmet. i. h. l.

שֵׁיזֵב in Pahel, ait Buxtorf. i. h. v. Verbum est Chaldæis usu frequentissimum pro Hebræorum שָׂרַד פַּלֵּט, הִצִּיל et eorum passivis. — Cf. Jul. Fürst, *Lehrgeb. der Aram. Idiomen*, pag. 129. —

Ibid. v. 11.

וכמן. Codex Pontif. habet וכזמן. Puto legendum vel וכמן cum Codd. Vatic. et Ambros., vel וזמן et *paravit.* Amanuensis utramque lectionem confudit, et ex duabus unam fecit; ad marginem autem notavit : ויטמן במא דזמן לרגלוי *et abscondit id, quod paravit pedibus.* De Rossi.

לרגלי דחסידָךְ. Quamquam regulariter, ubi genitivus designatur per דִּי (דְּ), præcedat stat. emphat., occurrit tamen et stat. constr., ut Gen. Cap. 2, v. 7. נִשְׁמַת דְּחַיֵּי; sed forsitan legendum est cum *abbreviaturâ imperfectâ :* לרגלי׳ pro לרגליהון. In Vaticano Codice, absque די in statu constructo legitur : לרגלי חסידך. In Codd. Vatic. et Ambros. legitur חסידך, absque *Jod,* quæ est altera forma suffixi. Quoad vocabulum דחיי in exemplo suprà dato, obiter hìc observa in Targumim haud rarò statum *constructum,* præcipuè in *Plur.*, adhiberi pro statu *absoluto.* Cf. Winer *Grammatik des bibl. u. targum. Chald.* § 56.

דינדעון *ut sciant.* Fut. Peal. a rad. יְדַע pro

דִּידְעוּן; in nostro loco pro *dagesch* forti in ד est ן, quod in hoc verbo peculiare esse notat Schaaf. Op. Aram. pag. 153. Atque ità Isaiæ C. 43, 19, legitur: יִנְדְּעוּן עַמְמַיָּא *scient populi*. Dan. 2, 9. אִנְדַּע *sciam*. Notat Winer (Gramm. Chald. § 6, a.) loco reduplicationis per *dagesh forte* inseri ן in quibusdam tantum vocabulis, quæ usu addiscenda sunt. Idem addit in Targumim posterioribus in eumdem finem etiam י fuisse adhibitum; v. g. אִיקְרוֹן pro אִקְּרוֹן Gen. 38, 9. (Jonath.); מִילֵּי pro מִלֵּי Eccles. 10. 12.

למיפרוק. Inf. cum ל a פרק. Est hìc pro solitâ formæ Infinitivi terminatione in *patach* (quam et auctor noster alibi habet), terminatio in *cholem*, quæ sicuti et terminatio in *kibbutz* est in Targum frequentissima. Cf. Schaaf. Op. Aram. pag. 58.

Pag. 18, v. 1.

רַעְיָנוֹי a formâ רַעְיָן, in plur. cum affixo, excusso ה, pro רַעְיָנוֹהִי. Alteram formam scilicet רעיון et quidem in sing. habet hìc Cod. Vatic. nempè רַעְיוֹנֵיהּ.

נצלי. Lectio mendosa est; itaque *Jod* illud ponito ante ל ut sit pro *matre lectionis*, et legito נציל = נַצֵּל *libera, eripe*, in Imp. Pael. —

Ibid. v. 6.

וְלוּתָךְ = ולוותך *et ad te;* a præpos. לְוַת cum affix.; repete hìc ארום ex præcedentibus.

נעירוק למיתרם אמטילנן. Si quid video, lectio hìc planè vitiosa est. Ac *primò* quidem pro נעירוק legendum puto נְעָרוֹק Fut. Peal a עֲרַק; *secundò* pro למיתרם putem scribendum למיתרמא, scilicet præcisam litteram א ab אמטילנן addendo vocabulo præcedenti. Jam verò לְמִיתְרְמָא mihi est Infinitiv. Ithpeal, a רום ut אִתְקְמָא a קוּם. Nimirùm auctor noster hìc Syros imitatus est assumpto formativo מ ad Infinitivum. (Syris hìc esset מֶתְתְּקָמוּ). Neque id gratuitò asseri probant exempla quæ hujus Syriasmi dat Schaaf (Op. Aram. p. 82, et 179). — *Tertiò*, quod superest vocabulum, præcisâ ejus א additâque præcedenti vocabulo, lego מטולנן pro מטילנן. Quamquam enim, ut scribit Schaaf in Lexid. i. h. v., מטול cum affixis sæpè induat formam nominis feminini, v. g. מְטוּלְתִי *propter me*, non tamen id semper fit. Sic Job 42, 8, legimus cum א prosthetico אֲמְטוּלְכוֹן. — Itaque, si rectè sese habet mea conjectura, hic locus sic restituendus esset: ארום כד עיק לן קדמך נציל ולוותך נערוק, למיתרמא מטולנן. אנת בלחודך וגו׳. quæ sic verto: *Quia jam augustiæ* (sunt) *nobis ante te, eripe* (nos) *et* (etiam) *quia ad te con-*

fugimus, ut extollaris (celebreris) *propter nos;* (scil. ut nos liberando, inimici nostri fateri cogantur esse nobis Deum, qui possit nos salvos facere; dicunt enim nobis : Deus nullus est qui salvet illos. Vid. infrà); *tu solus* etc.

Ibid v. 7.

ולמיפרקינן legito : וּלְמִפְרְקָנָן (?); Vatic. Cod. dat : למפרקונן ; fors למפרוקנן legendum est ex formâ Infinitiv. in ו. — דקיימין = דְקָיְמִין Particip. Peal. plur. m. a קום. —

Pag. 19, v. 2.

ולאפרשותנא. Infinitivus Aphel a פרש cum terminatione in ות ob affixum. Præcedens Infinitivus למהוי suadet ut et in לאפר׳ infinitivum agnoscamus, potiùs quam substantivum nomen אַפְרָשׁוּת cum affixo.

Ibid. v. 5.

מְעִיקָנָא. Particip. plur. masc. formæ Aphel, a עוק cum affix. —

Ibid. v. 6.

לסלעמותנא a סְלַעֵם. Vid. suprà pag. 72.

ולשבחה Infinit. Pael absque terminatione אָ—, ad formam Hebraicam, pro formâ regulari לְשַׁבָּחָא; nisi tamen mendosa lectio sit, quod veriùs dicendum videtur.

Ibid. v. 10.

במיחזיהון. Infinit. cum affix. a חֲזִי. *Jod* quod vides inter *Mem* et *Chet*, est *mater lectionis* ad indicandum τὸ *Mem* cum *Segol* esse efferendum; est itaque pro מֶחֱזֵיהוֹן quod alibi per contractionem effertur: מֶחְזֵיהוֹן.

Pag. 20, v. 2.

פומא. Quum pluralis יסתתמון præcesserit, omninò legendum cum Vaticano Cod. פּוּמַיָּא. Porrò in משבחתא discerno מ (מִן) et שְׁבַחְתָּא *laudatio*. Itaque verto: *ne obturentur a laudatione ora.*

דמייחדן. Mendosam et hìc esse lectionem nihil dubito; quomodo tamen legendum sit, probabili conjecturâ non assequor. Si transposito altero *Jod* scribas sic: דמיחדין, esset vocabulum hoc Particip. Pael rad. יחד cum ד relativo pronomine, notaretque *qui unientes* (sunt); sed hoc non videtur hìc sat quadrare in rem de quâ agitur.

Ibid. v. 3.

לבדחא lege לְבַדִּיחָא, a בְּדַח.

Ibid. v. 6.

קַבִּילוּ pro regulari קַבִּלוּ.

על עיסק = על עסק *propter*. עסק hic notat *negotium, res;* sed redundat, ut דבר apud Hebræos v. g. in על דבר *propter*.

Pag. 21, v. 1.

מלאתון est 3 pers. fem. Præt. Peal a rad. מְלָא, quæ regulariter quidem scribitur sic : מְלָת; sed etiam, expressâ ultimâ radicali, sic : מְלָאת ut hic. Cf. Dan. C. 2, 25. Affixum quod verbo jungitur pluralis numeri est, tametsi referatur ad שְׂעַר, quia collectivum, ut ajunt, est vocabulum.

Ibid. v. 2.

עניאת est 3 pers. fem. Præt. Pael, scil. עַנִּי. scribitur autem Targumicè עַנִּיאַת pro עַנִּיַת; sic v. g. Gen. 30, 19 est עֲדִיאַת pro עֲדִיַת; sic mox צליאת.

ואיטמרת = אטמרת; 3 fem. Ithpa. a טמר.

Ibid. v. 8.

בלחודוי. Nihil dubito quin mendosa hìc sit lectio. Itaque legito בִּלְחוֹדִי. Mox idem sphalma occurrit, quod tu eodem modo corrigas.

הלכא. Significat *hùc*, non *hìc*; auctor tamen noster pro *hìc* usurpavit.

Pag. 22, v. 3.

למיכל; est hìc י pro א; quod in *Targum* frequens in hujuscemodi verbis.

יתהון; sc. *oves*, עָאן quod, ut nomen collectivum, construitur veluti nomen pluralis numeri.

מאבהתיי; duplex *Jod* a fine, ad indicandum num. plur.; lege מֵאֲבָהָתַי. Vid. אָב.

מביני i. q. מִבֵּין. — בֵּינֵי est forma pluralis vocabuli בין. Cf. אֱלֵי, עֲלֵי, et vide quæ suprà de eâdem formâ diximus.

Ibid. v. 6.

וּקְטַלְתָּא. Forma ex Hebraismo et Chaldaismo, mixta, additâ א paragogicâ litterâ, pro regulari: קְטַלְתְּ; idem dicito de proximo דְּבַרְתָּא.

מְרֹמַם est Particip. *pehil* seu passivum in formâ

Polel (רוֹמֵם) a rad. רוּם. De formâ *Polel* vide Winer *Grammatik* etc. § 22.

לְמִצְרָאֵי forma Emph. a מִצְרָאֵי.

Pag. 23, v. 3.

אַפִּקְתָא=אפיקתא pro אַפִּקְתְּ; vid. suprà. Forma *Aphel.* a נְפַק. Nota י matrem lectionis pro (ִ).

Ibid. v. 5.

אַגִּיזְתָא, quod est pro אַגִּיזְתְּ Aphel. a גוז. Confer quæ superiùs adnotavimus, ad v. 6, pag. 22.

Ibid. v. 7.

דְּלָא יָתְבָא; *cujus non* (est) *inhabitator.* יתבא est Particip. præs. masc. in stat. Emph.

Ibid. v. 9.

משבחתא. Editio de Rossi mendosè dat משבהתא; quare edidimus מְשַׁבַּחְתָּא; hoc autem est Particip. *pehil* seu pass. Pael fem. gen. in stat. Emph. a שַׁבַּח.

Ibid. v. 10.

מסרתינון. Corrige: מסרתנון, uti legitur in Va-

ticano Codice. Quod porrò legitur vocabulum שוביהון in mendo cubare manifestum mihi videtur. Itaque lego שביהון quæ forma mihi est Particip. Peal a שבה, in plur. constructo cum affixo.

Pag. 24, v. 10.

בגין כד. Mendum typographicum hìc irrepserit. Itaque legito vel : בְּגִין כָּךְ *propter sic* = propterеà; vel בגין . כן, sicuti habetur in margine Pontificii codicis.

Pag. 25, v. 1.

דאיתוני. Et hanc scriptionem pro mendosâ habeo; itaque legito sic : דְּאַיְתִיאוּנִי (indè a die) *quo adduxerunt me*. Est autem hoc vocabulum tertia persona Plur. Præt. formæ Aphel a radice אֲתָא *venit*.

Ibid. v. 3.

אבוהו' דיתמי. *Pater* (eorum) *orphanorum;* ubi nota solennem Pleonasmum affixi. Est autem pro אבוהון scriptum אבוהו' per notam imperfectæ *abbreviaturæ;* quæ nota adscripta esse deberet etiam sequenti vocabulo דיתמי, ut esset דיתמי' pro דְיַתְמִין. Dici tamen etiam potest adhibitum fuisse statum *constructum* יַתְמֵי pro *absoluto* יַתְמִין quod in Targumim non rarò fieri et suprà adnotavimus,

et docet Winerus (*Grammatik des biblischen und targumischen Chaldaismus* § 56), qui ejus rei plura adducit exempla, quibus adde illud Psal. XCIV, 6. =וְיְתְמֵי יְרַצְּחוּן *et pupillos occiderunt.*

Ibid. v. 4.

סברית. Cum syntaxis hìc omninò postulare videatur verbum in tertiâ personâ, fem. gen., scribendum est : סַבְרַת.

Ibid. v. 11.

דבביהון. Ad marginem, ait de Rossi, Pontificii Codicis post דבביהון legitur addendum : דעמך *populi tui.* Josiffon (Gorionides) legit : *inimicos tuos* (את אויביך); sed Munsterus, ut in notis animadvertit Breithauptus, legit : אויבינו *inimicos nostros.* Reapse, ait idem, in antiquissimâ, quæ apud me extat, Josiffonis editione Abrahami Conathi, quam Munsterus habuisse videtur præ manibus, ad CPolim a bibliographis hucusque relata, sed quæ Mantuæ elaborata est, postrema hæc lectio habetur.

NOTÆ MISCELLANEÆ.

IN CAP. III.

SELECTA TARGUMICA.

—

תַּרְגּוּם *Targum* (plur. תַּרְגּוּמִים) vocabulum, quod a תַּרְגֵּם (1) *transtulit, interpretatus est*, verbo quadrilittero Aramaico, derivatum est, *translationem* ex uno idiomate in aliud, *expositionem, interpretationem* universè notat. Speciatim verò adhiberi solet (2) de Chaldaicis librorum sacrorum veteris Testamenti versionibus, quas vulgò vocant Chaldaicas *paraphrases;* ac rectè quidem sic vocant; nam si Onkelosum excipias, Chaldæi interpretes

(1) De verbis quadrilitteris legesis Gesenii *Lehrgeb. erste Beylage : über die Bildung der semitischen, insbesondere der hebräischen Wurzeln die mehr als 3 Stammconsonanten haben* (Radices plurilitteræ); p. 861, sqq.; Jul. Fürst *Lehrgeb. der Aramäischen Idiome etc* p. 94, § 106.

(2) « Quia in populo Dei a solutâ captivitate Babylonicâ non alia olim quam Chaldaica legebatur versio, ideò hæc *κατ' ἐξοχὴν* et in specie תרגום denominata fuit. Undè jam usus obtinuit, ut Hebræi per תרגום in sensu famosiori intelligant Paraphrasin Chaldaicam textûs Hebraici, et versiones, quæ fiunt in cæteras linguas, appellent העתקות earumque auctores מעתיקים. Quin et lingua Chaldaica ob celebrem istam Paraphrasin *ἐξόχως* dicitur לשון תרגום *lingua Targumica.* » Pfeiffer, Exercitat. 2.

cæteri veriùs dicendi sunt agere *expositores* quam interpretes.

Chaldaicæ SS. librorum interpretationis necessitas orta videtur (1) ex obliterato usu patrii sermonis in captivitate Babylonicâ, quo factum est ut vulgus Hebræorum sensim sensimque sui idiomatis, id est Hebraici, fuerit oblitum, et, quod pronum erat in tantâ utriusque linguæ affinitate, Chaldaicè loqui assueverit, adeòque S. Scripturam nisi in hoc idioma translatam intelligere posset. « Corruptio linguæ Judæis vernaculæ, (ità Goldhagen (2), vir ex societate Jesu eruditissimus) creditur originem Paraphrasi Chaldaicæ dedisse; quùm enim istâ linguâ Judæi e captivitate reversi tamquam vernaculâ uterentur, transferri cœpit textus Hebræus in idioma rudi plebi obvium

(1) In hanc certè sententiam auctores ferè conveniunt. Cf. si placet, de eâdem quæstione fusiùs disputantes, Wolfium Biblioth. Hebr. T. 2, pag. 1140, sqq.; Pfeiffer exercitat. 2. de Targumim.; Bartolocci Bibliothecæ Rabbinicæ T. I, pag. 406, sqq.; J. Leusden Philolog. Hebræomixtum Dissert. V; *Introduzione alla S. Scrittura del professore G. B. de Rossi*, pag. 70; De Wette (*Lehrbuch der historisch-kritischen Einleitung in die Bibel*; ed. 3, A. 1839. Tom. I, p. 89) ait: *mit Sicherheit lässt sich annehmen, dass nach dem Aussterben der hebräischen Sprache* (quando verò ipsi videatur dici potuisse emortua, non docet) *sehr bald chaldäische Übersetzungen zum Gebrauche der Synagogen nothwendig geworden sind.*

(2) Introductio in S. Scripturam V. ac N. T. in quâ quæ ad S. Codicis vindicias, ad criticam sacram et rem philologicam faciunt aptâ ad scholas methodo exhibentur, auctore Hermanno Goldhagen. Moguntiæ 1765. P. I, pag. 304.

atque tritum, eoque sermonis genere sacræ Scripturæ explicationes publicis in prælectionibus sabbaticis necessum erat institui. » An verò jam tum non solùm oretenùs facta sit in Synagogis Chaldaica S. Codicis interpretatio, verùm etiam in usum privatum scripto fuerit consignata, nemo facilè dixerit.

Plurimorum sacræ Scripturæ librorum Chaldaicas paraphrases scripto exaratas tempore Machabæorum jam extitisse sentit Zunz (*die gottesdientliche Vorträge der Juden historisch entwickelt;* Berlin 1832, pag. 61); qui tamen, ut suam sententiam confirmet, nullum satis firmum affert argumentum. Equidem novi Judæos auctoritatem secutos Talmudis (tract. נדרים cap. 4) verba Nehem. C. VIII, v. 8: ויקראו בספר בתורת האלהים מפרש ità exponere, ut velint indè confici posse, jam Esdræ tempore Chaldaicam aliquam Paraphrasim scripto exaratam in usu fuisse. Verùm in laudato loco Esdrino sermo non est nisi de paraphrasi quâdam ab interprete oretenùs prolatâ, quod etiam sentire videtur Maimonides. Nam is (Hilch. Tephill. C. 12, apud Pfeiffer l. l.) scribit: מימות עזרא נהגו שיהי שם תורגמן מתרגם לעם מה שהקורא קורא בתורה כדי שיבינו ענין הדברים. h. e. *Indè a tempore Esdræ soliti erant habere interpretem, qui populo id interpretaretur quod lector ex Lege prælegebat, ut sensum verborum intelligerent.*

Verùm etsi demus tempore Esdræ jam extitisse

Chaldaicam aliquam S. Codicis interpretationem seu paraphrasin, eæ tamen paraphrases Chaldaicæ quæ ad manus nostras pervenerunt, utut antiquæ, neutiquam tamen istius sunt ætatis. Nollem tamen facere cum Morino (1), qui iisdem assignat, meâ quidem sententiâ, ætatem justo recentiorem.

Quæ hodie in manibus nostris versantur paraphrases Chaldaicæ numerantur sequentes: Onkelosi Targum Pentateuchi; Jonathanis ben Uzielis Targum Prophetarum (priorum et posteriorum); Pseudo-Jonathanis Targum Pentateuchi; Targum Jerosolymitanum Pentateuchi; Targum quinque Megilloth (Ruth, Esther, Threnorum, Ecclesiastis et Cantici Canticorum); Targum duplex libri Esther (2); Targum Psalmorum, libri Job et Proverbiorum; denique Targum Chronicorum. Paraphrases, quas modo recensebamus, multùm a se invicem differunt, seu earum respicias auctores ætatemve quâ in lucem prodierunt, seu mentem advertas ad sermonem Chaldaicum puriorem impurioremve quo fuêre conscriptæ, seu denique consideres, quam singulæ habeant interpretationis indolem. A quâ sicuti et ab earum ætate antiquiore aut recentiore major nimorve pendet utilitas, quam conferunt sacro interpreti.

(1) Jo. Morini exercitatt. biblic. Lib. 2. Exercitat. VIII.

(2) De Chaldaicis *additamentis* Estheris vid. suprà p. 55, sqq.

De singulis illis paraphrasibus hìc dicere non fert nostri instituti ratio. Attamen de Targum Onkelosi, Jonathanis Ben-Uzielis, Pseudo-Jonathanis et de eo quod Jerosolymitanum dicitur, quia ex his loca selecta quædam in Chrestomathiâ dedimus, pauca hæc notare juvat.

Omnium Chaldaicarum Paraphrasium antiquissimam eam esse quæ Onkeloso (אונקלוס) adscribitur, constans est virorum doctissimorum sententia; quæ et indè confirmatur quod, observante Zunzio (1), Jonathan ben Uziel, qui ex quorumdam sententiâ Onkeloso antiquior sit Paraphrastes, hujus paraphrasin jam cognovisse et verò etiam usurpasse videtur. Sed de ætate, quâ vixerit Onkelosus (2), non una est omnium sententia (3). Gamalielis senis, S. Pauli præceptoris coætaneum fuisse, antiqua habet Judæorum traditio (3), a quâ, judice Winero (4), non est cur recedamus. Hæc

(1) *Die gottesdienstliche Vorträge der Juden*. Berlin 1832, pag. 63.

(2) Onkelos (Hebr. אֻנְקְלוֹס) cognominatur הַגֵּר *proselytus*, quòd, relicto Gentilismo, ad sacra Judaica transiit.

(3) Vide Tr. Talm. עבודה זרה (de cultu extraneo) cap. I, ubi hæc leguntur: וכשמת רבן גמליאל הזקן ושרף עליו אנקלוס הגר שבעים מנה צורי, h. e. *Cum autem mortuus esset Rabban Gamaliel senior, combussit super eum Onkelosus proselytus septuaginta libras Opobalsami* (apud Bartolocci, Bibl. Rabbin. T. I, pag. 405). Rabban autem Gamaliel 17, vel, ut aliis placet, 18 circiter annos ante exustum templum secundum mortuus est.

(4) De Onkeloso ejusque paraphrasi Chaldaicâ dissertatio; Lipsiæ 1820, pag. 10.

tamen sententia non placuit Morino (1), qui censet Onkelosum multis sæculis Gamaliele fuisse posteriorem; imò verò probare conatur etiam Talmude Hierosolymitano minorem ætate esse, argumentando potissimùm tum ex silentio Origenis, et SS. Epiphanii et Hieronymi, qui nullam de Chaldaicâ aliquâ bibliorum paraphrasi mentionem faciunt, tum ex fabulis rabbinicis ad quas Onkelosus in suâ paraphrasi alluserit, quæque eâ ætate, quam Onkeloso tribuimus, multo sint recentiores. Sed viri eruditissimi argumenta et rationes infirmarunt, inter alios, Wolfius (2) et Winerus (3), qui etiam refellit Bertholdtum de paraphrasi Onkelosianâ ità statuentem (*Einleitung*, II, p. 571, sqq.), ut e Chaldaicarum versionum, quæ in synagogarum usum factæ essent, fragmentis concinnatam eam esse affirmaret. « Singularis enim, inquit Winerus, est in universâ hâc translatione sermonis interpretationisque æqualitas; quam si indè ortam esse dicas, quod Onkelosus omnia ista fragmenta emendasset penitùsque refinxisset, vereor, ne hominibus illudas : nam si hoc factum, omnis translatio Onkelosum verum auctorem habet, nec attinet quærere undè hauserit primam explicationis materiem, quemadmodum in textilibus non quærimus, undè prima opifex sumserit stamina. »

(1) Op. laud. Exercit. VIII, Tom. 2, pag. 1149, sqq. Cap. 6.

(2) Cf. Wolfii Biblioth. Hebr.

(3) Diss. laud. pag. 9, sqq.

De Onkelosi Paraphraseos codicibus Mscptis et de præcipuis ejusdem editionibus, paragraphis suæ dissertationis secundâ et tertiâ Winerus diligentissimè pertractat. Quod verò spectat ad criticam textûs Chaldaici, qualem nunc habemus, conformationem, idem censet, si locum Gen. 49, 18 excipias (1), nullam ibi occurrere interpolationem; lectionis autem in variis codicibus varietates tales esse, ut paucæ ipsum orationis sensum afficiant, longè plurimæ versentur in permutatis vel formis grammaticis vel vocabulis synonymis, aliæ tandem sitæ sint in omissis additisve vocibus, quibus facilè carere potuisset oratio.

Jam quod attinet ad ipsam indolem Onkelosi paraphraseos, laudem boni interpretis eidem tribuit Winerus, cui consentiunt, inter alios, De Rossi (2) et Zunzius (3). Universè textum hebrai-

(1) V. Dissert. loc. laud. Quo verò argumento adducatur, ut Paraphrasin Onkelosianam hoc loco interpolatam fuisse credat, non dicit Winerus. Bartoloccius (Biblioth. Rabbin. Tom. I, pag. 412) Onkelosi paraphrasim *dolo malo ac datâ operâ* alicubi fuisse corruptam prorsùs negat; concedit tamen librariorum oscitantiâ, in eam sphalmata quædam irrepsisse. Ego verò, quidquid sit de interpolationibus, quas quidem in Onkelosi paraphrasi videre sibi videntur, numquam adducar ut credam pro interpolatis habenda esse ea Onkelosianæ Paraphraseos loca, ex quibus fidei Christianæ dogmata et mysteria non parùm confirmantur. Quis enim sanus credat scripturas suas corrumpere voluisse Judæos, ut tela in se torquenda darent Christianis, suis scilicet adversariis?

(2) Introduzione alla S. Scrittura pag. 71.

(3) *Die gottesdienstliche Vorträge der Juden*, loc. laud.

cum fidus interpres presso pede sequitur Onkelosus; atque ità quidem, Wineri hoc est de eo judicium, ut passim orationem hebraicam illustret, vel quòd obsoleta urbium, fluminum, montium populorumque nomina per recentiora suoque tempore usitata et solemnia explicat; vel quòd pro verbis translatis et ambiguis adhibet aut propria aut certè magis perspicua, adeòque quæ sunt obscuriùs dicta suâ reddit interpretatione expeditiora, vel denique quòd passim adjicit, quæ ad perficiendam illustrandamque sententiam pertinere viderentur, sive e locis parallelis sive e disciplinâ Judæorum. Quod si sermo sit de Chaldaici sermonis, quo Onkelosus usus est, puritate, eam talem esse vulgò pronunciant, ut hactenùs non multùm distet Onkelosus a Daniele et Ezrâ. — Atque hæc de Onkeloso ejusque paraphrasi.

Cui Onkeloso ætate recentior est Jonathan, Uzielis filius, quem auctorem esse Chaldaicæ Paraphrascos in Prophetas (priores et posteriores (1))

(1) Notum est sacræ Scripturæ libros omnes a Judæis distingui in tres classes, nempe in תורה *Legem*, נביאים *Prophetas* et כתובים *Hagiographa*. *Prophetas* autem iterum distinguunt in *priores* (ראשונים) et *posteriores* (אחרונים); porrò *Prophetas priores* vocant libros Judicum, Samuelis et Regum; *posteriores* vero prophetas duodecim minores et majores tres Isaiam, Jeremiam et Ezechielem; nam Danielis librum inter Hagiographa recensent; quod cur ab ipsis fiat hic non est disputandi locus.

Cf. Pareau Instit. interpret. V, T. P. 1, s. 1, C. IV. Ackermann introductio in libros sacros V. F. § 47.

suprà docuimus. Vixit Jonathan ante confectionem Gemaræ Babylonicæ, in quâ ejus paraphrasis passim citatur. Vixit autem in Palæstinâ, et, judicibus Pareau aliisque (1), veri est simile, eum seculo secundo aut tertio post C. N. non fuisse anteriorem. Videsis contra Morinum, qui (Exercitat. VIII, c. 2) paraphrasim nostram multis sæculis recentiorem habet, Wolfii Biblioth. Hebr. T. 2, pag. 1160, sqq. — Onkeloso Chaldaicæ orationis puritate cedit Jonathan, idemque non tam pressè litteram sequitur, sed ejus interpretandi ratio magis paraphrastica est et liberior, maximè in Prophetis posterioribus; nec desunt hìc illìc interjectæ fabulæ Rabbinicæ; has tamen posterioribus demùm temporibus Jonathanis operi infartas fuisse viri docti censent (2). Eidem huic

(1) De Rossi (*Introduzione alla S. Scrittura*. Parma 1817, pag. 71) postquam dixit de ætate Onkeloso, quem Christi contemporaneum fuisse censet, aut certè non multo tempore post Salvatorem in cœlum sublatum vixisse, de ætate Jonathanis hæc scribit: *un' uguale e anche maggiore antichità assegnano gli ebrei a Gionatane figlio di Uziele; ma i dotti lo fanno posteriore di età, anteriore però sempre di molto alla composizione del Talmud che lo nomina.*

(2) De Rossi op. laud. p. 72. — « *Essa* (Jonathanis paraphrasis) *è anche più letterale ne Profeti primi, e più libera ne' posteriori, ne esente da favolose esposizioni, le quali si credono introdotte ne tempi più bassi.* » Zunz, die gottesdienstlichen Vorträge der Juden, pag. 63. « Schon zu den historischen Büchern macht Jonathan oft den Ausleger; zu den eigentlichen Propheten geht diese, zu wirklicher Hagada werdende Auslegung, fast ununterbrochen fort; indess ist wohl manches von späterer Hand hineingetragen. » Cf. etiam Huet *de claris interpretibus*. § 6.

Jonathani olim perperam a quibusdam adscripta fuit paraphrasis Pentateuchi, quæ proinde nunc audit Pseudo-Jonathanis Targum Pentateuchi. « Nam istius auctoris eam versionem non esse, ait Ackermann (op. laud. pag. 55), comprobat non modo lingua, pluribus exoticis dictionibus (1) scatens et stilus deterior, sed etiam plura quæ inserta sunt commenta, colloquia atque errores quoque, qui crassam linguæ Hebraicæ ignorantiam aut insignem negligentiam produnt; accedit commemoratio Constantinopolis, Turcarum (Gen. 10, 2) et Lombardorum (Num. 24, 24), quæ argumento sunt opus hoc non ante seculum septimum aut octavum conscriptum fuisse; videtur autem ex antiquioribus interpretationibus collectum esse. »

Targum Pentateuchi, quod *Jerosolymitanum* nominari solet, valdè mancum est, idque ità ut non nisi fragmenta quædam exhibeat, quæ pleraque nihil differunt a versione Pseudo-Jonathanis. Petermannus (2) defendit targum Pseudo-Jonathanis idem esse cum Targum Hierosolymitano; adeòque, quæ Zunzii (3) sententia est, duplex

(1) Puta Græcis, Latinis, Persicis, quæ primùm collegit et verò etiam explicavit Julius Henricus Peterman in suâ dissertatione inaugurali *de indole paraphraseos* (Pentateuchi) *quæ Jonathanis esse dicitur*. Berolini 1829, pag. 64, sqq.

(2) In thesibus subjectis dissertationi suprà laudatæ.

(3) *Die gottesdienstlichen Vorträge der Juden*, etc. p. 66-70, ubi in confirmationem suæ sententiæ talia affert argumenta quæ videantur rem conficere.

ejusdem Paraphraseos extiterit recensio, quarum altera, quæ Pseudo-Jonathanis dicitur, integra, altera non nisi fragmentario modo ad nos pervenisset.

Chaldaicarum Paraphrasium utilitatem quintuplicem assignat Lucas Brugensis (apud Serarium, prolegom. bibl. Cap. XIV, q. X); « *Primò*, quod Hebræum, Latinumque textum, ne, dum ab Græco dissentire videatur, mendosus existimetur, defendant. *Secundò*, quod ad explicandas obscuriores ac rariores nonnullas hebraici textus voces valeant plurimùm. *Tertiò*, quod ad obscuriorum in Hebræo Latinoque textu illustrationem locorum egregiè adjuvent. *Quartò*, quod sæpenumerò Latinæ versioni præcipuo quodam modo subserviat. *Quintò*, denique quod Christianæ fidei mysteria, contra ipsos etiam Judæos sæpè ac evidenter explanet. » Quæ tamen omnia præcipuè de Onkelosi et Jonathanis paraphrasibus dicta esse lectores mei velim intelligant.

Pag. 27, v. 3.

Antiquitùs nomen Dei *tetragrammaton* (יהוה) exprimi solere per tria Jod cum subjecto Kametz ׳׳׳ָ idque ad divinæ Trinitatis mysterium indicandum factum fuisse, sentire videtur clar. Drach (1).

(1) *Deuxième lettre d'un Rabbin converti*, *pag.* 68.

Quidquid sit, hoc certò constat *antiquiorem* Synagogam, nam a patrum suorum fide defecit recentior (1), non prorsùs latuisse mysterium sanctissimæ Trinitatis. Rem testatissimam fecit, quem mox nominabamus, vir eruditissimus (2), qui in suæ theseos probationem ex antiquorum libris Rabbinorum varia adducit argumenta, inter quæ et illud est quod hausit ex Msto sat antiquo libri qui גָלֵי רָזַיָא inscribitur, quique Jehudæ hak-kadosh (sancto) auctori tribuitur. En verba : הבט ששם בן ארבע אותיות כפי תואר כתבו הוא אלוה מוליד ואין מוליד בלתי מיולד והנה ראוי שתשתעף האהבה מן המוליד למיולד וכן להיפך מן המיולד למוליד. שא״לכ הם נפרדים זה מזה ויהיו שני עצמיים נבדלים. ובאמת המוליד והמיולד

(1) « *Si les Juifs*, ait Cl. Drach (op. laud. pag. 26), *des premiers siècles du Christianisme avaient eu pour la doctrine de la sainte Trinité l'aversion qu'elle inspire aux rabbins de nos jours, il n'auraient pas accueilli avec tant d'empressement la philosophie de Platon, qui lui rend des témoignages si éclatants.* » In notâ huic loco subjectâ idem observat : « *Plusieurs Pères de l'Eglise pensent que Platon a pris connaissance de la Théologie des Hébreux dans son voyage en Egypte, peu après la mort du prophète Jeremie.* »

(2) Ibid. toto capite primo. — De eâdem quæstione conferantur Raymundi Martini *pugio fidei*, Part. 2, Dist. 1, cap. 3 et 4, et maximè observationes quas in eum librum scripsit Josephus de Voisin; porrò דרך אמונה *via della fede mostrata agli ebrei* da Giulio Morosini Venetiano, Roma 1683, part. 3, cap. 2, p. 1227, sqq.; et *Judæus Christianizans circa principia fidei et SS. Trinitatem*, auctore Hermanno Witzio, pag. 91, sqq.

והאהבה המסתעפת משניהם כלם עצם אחד וע״כ בזה השם נכלל שם של י״ב אותיות אב בן ורוח הקדש. ודע כי סוד זה הוא מסתרי עליון ויש להעלימו מעיני כל עד ביאת משיח צדקנו ואני גליתי את אזנך. וסוד יהוה ליראיו. Quæ sic verbotenùs reddit : *Considère que le nom tetragrammaton dénote d'après son ortographe, un Dieu* procréateur. *Or il n'est point de* procréateur *sans* procrée. *Et il faut qu'il procède un amour du* procréateur *vers le* procrée, *de même que du* procrée *vers le* procréateur. *Sans cela, ils seraient séparés l'un de l'autre, et formeraient deux essences distinctes, tandis qu'à la vérité le* procréateur *et le* procrée *et l'*amour *procédant de tous deux, sont une seule essence. C'est pour cela que dans ce nom (tetragrammaton) est renfermé le nom des douze lettres qui forment les mots* Père, Fils *et* Esprit-Saint. *Et sache que ce mystère est un des secrets du Très-Haut. Il convient de le dérober aux yeux des hommes jusqu'à la venue du Messie notre Juste. Je te l'ai révélé* : et le secret de *Jehova* est pour ceux qui le craignent.

Les trois derniers mots (וסוד יהוה ליראיו) *qui sont empruntés du Psaume* 25, *v.* 14 *peuvent aussi se traduire de cette manière :* Et le secret renfermé dans le nom *Jehova* est pour ceux qui le craignent. »

Non latuit Drachium, virum eruditissimum,

librum inscriptum גַלֵא רָזַיָא, ex quo locus prælaudatus desumptus est, a quibusdam haberi pro fetu monachorum quorumdam medii ævi; quod tamen dici posse ipse negat. (1).

Quamquam testimonio ex גלא רזיא producto, non indiget vir cl. cui ad thesin suam probandam sexcenta alia, ex scriptis Rabbinorum hausta suppetunt argumenta. Quibus addi possunt loca quædam Zoharica quæ habentur in Chrestomathiæ nostræ Vol. I.

Pag. 29, v. 13.

רב חובי מלמשבק Hebraicè sonant גָדוֹל עֲוֹנִי מִנְשֹׂא h. e. majus est peccatum meum quam ut (*tu Deus*, nam Deum Cain alloquitur, *illud*) remittas, *juxta Chaldæam paraphrasin*, auferas, tollas, *juxta Hebraicum textum*. Quamquam du-

(1) *Quelques savants*, ait vir cl., *trouvant que le* Galè razaiya *exprime en termes trop clairs les saints mystères de la Religion catholique, ont conclu que c'est un ouvrage pseudonyme et qu'il est la production de quelques moines du 11e ou 12e siècle. Cette supposition est loin d'être fondée. Aucun* goï *c'est-à-dire*, non-juif, *n'est encore parvenu à imiter l'hébreu des rabbins. Je n'en saurais assigner la cause: c'est le secret de la Providence. Le moindre écolier des académies talmudiques distingue parfaitement l'hébreu* postiche *des plus savants goïm, d'avec le style aisé et naturel de ses coreligionnaires* (op. laud. p. 271). Id quidem sit ità sanè; sed quid, si adversarii dicant *neophyti* cujusdam opus esse?

riuscula videtur hæc interpretatio, cum et *subjectum* et *prædicatum* sint supplenda. Quare Schaafius monuit, Infinitivos illos activos משבק et נשוא *passivè* esse exponendos; nam aliundè constare de usu Infinitivi activi pro passivo in idiomate tam Chaldaico quam Hebraico. Exempla laudat sequentia : ולדניאל אמר לְהַנְסָקָא מִן גֻּבָּא Dan. Cap. VI, v. 24, *et Danielem præcepit educi de lacu* (foveâ); in quo loco habes הַנְסָקָא Infinitivum *Aphel*. Deinde laudat Dan. Cap. VII, v. 19 legitur : אֱדַיִן צְבִית לְיַצָּבָא עַל חֵיוְתָא; quod tamen exemplum neutiquam ad rem est, cum יַצִּיבָה non sit Infinitivus, sed status emphaticus vocabuli יַצִּיב. Porrò Exod. Cap. IX, v. 16 לְמַעַן סַפֵּר שמי בכל הארץ *ut narretur nomen meum in omni terrâ*, etc. Itaque verba Geneseos Cap. IV, v. 13, reddit ità : *majus est peccatum quam ut remittatur;* Vulgata : *major est iniquitas mea quam ut veniam merear*. Passivè interpretati sunt Infinitiv. activ. נְשֹׂוא etiam interpretes LXX : Μείζων ἡ αἰτία μȣ τȣ ἀφεθῆναι με h. e. *major causa* (culpa) *mea est quam ego dimittar.*

Ibid. v. 15.

ושוי ייי לקין אתא. Signum (אתא) hoc quale fuerit multùm disputant interpretes. Totius cor-

poris tremore cum quâdam vultûs et mentis consternatione signum illud constitisse, SS. Patrum plerique sentiunt. Et S. Chrysostomus quidem Hom. XIX in Cap. IV Genes. scribit hæc : Ἰδοὺ γὰρ καὶ σημεῖον ἐπιτίθημί σοι, ὥστε μηδένα τῶν εὑρισκόντων σε ἀγνοῆσαι. Ἡ γὰρ πάσης τῆς ζωῆς σου πάρεσις, λυσιτελὴς ἔσται ταῖς μετα ταῦτα γενεαῖς, καὶ ὅπερ μόνος μηδενὸς παρόντος ἔπραξας, τουτο μαθήσονται πάντες ὁρῶντές σε στένοντα καὶ τρέμοντα, και μονονουχὶ βοῶντα διὰ του τρόμου του σωματικου, καὶ πᾶσι διαλεγόμενον, και λεγοντα· μηδεὶς ἕτερος τοιαῦτα τολμήσῃ, διάπερ ἐγώ, ἵνα μὴ τοιαύτην δέξηται τιμωρίαν. h. e. Ecce enim et signum in te pono, ità ut nullus qui te invenerit ignoret (te esse Cainum, quem si quis occidere attentaret, maximarum pœnarum reum fore ego prædixi). Nam ista in toto vitæ tuæ decursu nervorum resolutio futuris generationibus utilis erit; et id quod solus nullo præsente operatus es, hoc discent omnes qui te gementem et trementem videbunt, et quasi per corporis tremorem clamantem et omnibus dicentem : nullus talia audeat, qualia ego, ut ne in eamdem pœnam incidat. » Cujusmodi interpretationi ansam forse præbuit, judice Calmeto i. h. l., versio LXX viralis, quæ verba Gen. Cap. IV, v. 12. נָע וָנָד תִּהְיֶה בָאָרֶץ reddidit : στένων καὶ τρέμων ἔσῃ ἐπι τῆς γῆς, *gemens et tremens eris super terram.* Aben Ezra (1) putat Deum miracu-

(1) Cf. Comment. ejus i. h. l. ubi rejectis aliorum sententiis

lum edidisse in gratiam Caini, quo illi crederet affirmanti neminem fore qui ipsum esset occisurus.

Pag. 34, v. 15.

לא אשבקינך עד דאעביד *non derelinquam te donec faciam*, quod locutus sum tibi, i. e. *numquam te derelinquam*. « Adverbia enim *donec* et *usque*, Schafii verbis utor, hìc et in multis aliis locis *indeterminatè* accipiuntur, ità ut futurum tempus omne includant; ideòque hæ voces in oratione affirmativâ per *semper*, in negativâ per *numquam* exponendæ sunt. » Cf. Isaiæ Cap. XXII, 14. XLVI, 4.

Pag. 35, v. 21.

ויהא מימרא דייי לי לאלהא *erit verbum Domini mihi in Deum*. Paraphrastæ nomen Dei יהוה, quod in textu Hebraico legitur, hìc sicut et in aliis locis benè multis, reddiderunt per מימרא דייי *verbum Domini*. Nec dubium videtur quin eâ locutione iidem, saltem sæpè, intellexerint ὑπόστασιν divinam a personâ Patris distinctam, et quidem personam Dei filii, qui a S. Johanne simili vo-

ità pergit loquendo: והנכון בעיני שהשם עשה לו אות עד שהאמין והכתוב לא גלה האות. *h. e.* Meâ quidem sententiâ dicendum est Deum fecisse miraculum in gratiam ipsius ut crederet; verùm quale hoc miraculum fuerit S. Scriptura tacet.

cabulo ὁ λόγος passim nominatur. Quæ sententia vel indè confirmatur quod, etsi mysterium de pluralitate personarum in Deo a Christo Domino demùm luculentissimè fuerit enuntiatum, tamen et ex S. Codice veteris Testamenti illud quodammodo colligi potuit, quum ibi loca quædam occurrant in quibus idem mysterium, nec obscurè, indicatur. Tale est illud Gen. C. III, v. 22: הן האדם היה כאחד ממנו (Vulg.) *Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis* (LXX: Ἰδὲ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν). Quidquid sit, sive ejus mysterii cognitionem ex verbis S. Scripturæ tantùm hauserit, sive ex Patrum traditione, sive tandem, quod veri simillimum est, ex utroque hoc fonte, dubitari nequit quin Synagoga antiquior personarum agnoverit in Deo pluralitatem. Videsis quæ ad eam thesim probandam notarunt, præter Drachium aliosque quos suprà p. 100 laudavimus, Rittangelius (1) et Bartoloccius (2).

Qui verò in Chaldaicâ versione, ad reddendum Dei nomen יהוה ideò adhibitam censeat phrasin מימרא דיי, ut hâc circumlocutione omnis con-

(1) ספר יצירה *translatus et notis illustratus a Jo. Steph. Rittangelio, Amstelodami* 1642: addantur *de veritate religionis Christianæ ex S. Scripturâ et Rabbinis*, auctore Rittangelio. Franequeræ 1699, et *libra veritatis quâ Irenopolitæ cujusdam Ariani innumeri, in citandis Scripturæ doctorumque, utriusque Judaicæ et Christianæ Ecclesiæ, contra æternum et per se subsistentem λόγον auctoritatibus, errores aut falsitates, accuratè expenduntur.*

(2) Bibliothecæ Rabbinicæ P. I, Pag. 412, sqq.

ceptus corporeus ac materialis a Deo removeretur, audiat Rittangelium contra *Irenopolitam :* « Dicis, inquit, Chaldæos hâc phrasi *memra Jehovæ* (מֵימְרָא דיי) (verbum Jehovæ) usos esse ad removendum a Deo omnem corporis figuram : dic ergò cur *utrumque servarunt* Chaldæi, et corporis *figuram* et τὸ *memra Jehovæ* (*verbum Jehovæ*)? Dum enim pro uno ponitur aliud, illud debet omitti, pro quo aliud positum est. Sic necesse fuisset secundum tui miserrimi cerebelli figmentum, ut loco *figurarum* corporis Chaldæi posuissent τὸ *memra Jehovæ* (verbum Jehovæ). Idem quoque de actionibus et affectibus sentïendum est. Si enim Chaldæi per *memra Jehovæ* (*verbum Jehovæ*) intelligi voluissent *actiones* et *affectûs*, quî fit, quod utrumque expresserunt et *actiones* et *affectus* et *verbum Jehovæ?* ut *Risus verbi Jehovæ, Tristitia verbi Jehovæ, Memoria et Voluptas verbi Jehovæ* etc. Hìc arrige aures! Si Chaldæi *omissis propriis et genuinis vocibus horum actûum* etc., illos expressissent per τὸ *memra Jehovæ* (*verbum Jehovæ*) tunc vel speciem aliquam veritatis hoc tuum commentum habere videretur. Sed hoc *nullibi* factum esse monstrabis. Ex. gr. textus hebræus habet Psalm. 2. « *Jehovæ irridebit eos;* » Chaldæus, hunc Hebræorum Jehovam nominitans *verbum Jehovæ,* dicit : *verbum Jehovæ irridebit eos.* Secundum tuum commentum deberet esse *Jehova verbum eos;* quia tų vis *verbum*

significare *irridebit;* ergo loco *irridebit* debet stare *verbum*, si Chaldæi carnalia hæc atque terrena divinâ Majestate indigna, a Deo per τὸ *memra* (verbum) removere voluissent. Idem sentiendum est de cæteris affectibus, actibus etc..... Hæc sit tibi nota universalis, Chaldæos nullibi membra corporis humani Deo attributa per *verbum* expressisse, nisi in illis locis ubi de Messiâ legitur *verbo æterno Dei filio. Actus* verò et *proprietates* atque *affectus* numquam reddiderunt per *verbum.*»

Qui volunt Paraphrastas Hebraici textûs vocabulum יהוה reddidisse per τὸ מימרא דיי (verbum Jehovæ), ut hâc ratione removeretur a Deo omnis corporis figura, respondeant et huic quæstioni: dicant, quæ tandem figura corporis exprimatur in hoc Exodi Cap. 16, v. 8: ונחנו מה לא עלינו תְלֻנֹּתֵיכֶם כי על יהוה; h. e. *nos enim quid sumus? nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum;* atqui tamen Onkelos in suâ paraphrasi ea verba Hebraica reddit: וַנְחְנָא מָה לָא עֲלָנָא תּוּרְעֲמָתְכוֹן אֱלָהֵן עַל מֵימְרָא דַייָ i. e. *nos enim quid sumus? non sunt contra nos murmura vestra, sed contra* VERBUM DOMINI. Rursùs dicant quæ figura corporis sit in hoc Deuteron. Cap. I, v. 32. ובדבר הזה אינכם מאמינים ביהוה אלהיכם *et tamen in sermone hoc* (hanc ob rem) *non vos credentes* (fuistis) *in* יהוה *Jehovam Deum vestrum;* quem locum Onkelos reddit ità: ובפתגמא הדין ליתיכון

מְהֵימְנִין בְּמֵימְרָא דַיְיָ אֱלָהֲכוֹן h. e. *et tamen in sermone hoc* (hanc ob rem) *non vos credentes* (fuistis) *in verbum Johovæ Dei vestri* (Deum vestrum?). Attendant velim etiam ad hæc Jonathanis 1 Reg. C. VIII, v. 50, ubi verba textûs Hebraici וְסָלַחְתָּ לְעַמְּךָ אֲשֶׁר חָטְאוּ־לָךְ redduntur ità : וְתִשְׁבּוֹק לְעַמָּךְ דְּחָבוּ קֳדָמָךְ וּלְכָל־מְרָדֵיהוֹן דִּי מְרָדוּ בְמֵימְרָךְ h. e. *et ignoscas populo tuo* (peccata) *quæ peccaverunt coram te, et omnes rebelliones eorum quibus rebellarunt contra* VERBUM TUUM. Notent verba Jeremiæ Cap. II, v. 29 : לָמָּה תָרִיבוּ אֵלָי כֻּלְּכֶם פְּשַׁעְתֶּם בִּי נְאֻם יְהוָה h. e. *quid vultis mecum judicio contendere? omnes dereliquistis me, dicit Dominus*; quæ Jonathan Chaldaicâ suâ paraphrasi reddidit ità : לְמָא אַתּוּן מְדַמַּן מִדַּן לְקֳבֵל פִּתְגָּמַי כָּלְכוֹן מְרַדְתּוּן בְּמֵימְרִי אֲמַר יְיָ i. e. *Quare vos putatis judicio contendere adversus verba mea? omnes vos prævaricati estis in* VERBUM MEUM, *dicit Jehova*. Ubi observandum est Jonathanem uti vocabulo diverso, scilicet פתגם, ad *verbum*, nempe *sermonem* (ῥῆμα) exprimendum, et מֵימְרָא, quo hoc loco nihil aliud significare potuit quam substantiam divinam, nempè τόν λόγον; nam 1° τὸ מֵימְרִי hìc nequit significare *mandata* (verba) Dei, ut potè quæ jam expressa leguntur in priore hujus versiculi hemistichio, ibi ubi dicitur פִּתְגָּמַי;

2º illud בְּמֵימְרִי reddit τὸ Hebraicum בִּי *in me*, hoc est, in Jehovam. Adeant adversarii etiam Targum Hierosolymitanum, quod verba Genes. Cap. I, v. 27. ויברא אלהים האדם בצלמו h. e. *et creavit Deus hominem ad imaginem suam*, ità reddit: וברא מימרא דיי׳ ית אדם בדמותיה h. e. *et creavit verbum Jehovæ hominem ad imaginem suam.* Quæ tandem, quæso, et hìc Deo datur in textu sacro figura corporis, ut ideò debuisset Paraphrastes uti circumlocutione, et pro אלהים scribere מֵימְרָא דיי׳ *verbum Jehovæ*? Sed hæc hactenùs.

Pag. 37, v. 8.

המלכו את מדמי׳ למלך או שולטן את סביר למשלט.

Ejus versiculi partem posteriorem Buxtorfius (in Lexic. maj. ad voc. שלט) reddit: *Num dominatorem te esse putas, ut dominium sis habiturus in nos.* Ex quo patet τὸ שולטן ab eo habitum fuisse pro substantivo; nec dubium adeò quin et τὸ מלכו, quod in eâdem phrasi legitur pariter, pro substantivo habuerit. Ego verò non putem מלכו, aut, quod sequitur, שלטן nomen esse substantivum, sed duo hæc vocabula habeo pro totidem formis Infinitivi, licet rarioribus. Atque in eam adducor sententiam, tum quia si substantiva nomina hìc intelligas, sat contorta evadat verborum syntaxis, tum quia in textu Hebraico hìc leguntur

Infinitivi (sc. מְלוֹךְ et מְשׁוֹל); constat autem Onkelosum litteræ Hebraicæ pressè inhærere, adeòque an et in nostro loco id fecerit non est cur dubitemus. Itaque מִלְכוּ mihi est Infinitivus a מְלַךְ. Nimirùm notum est apud Syros, rarò licet, occurrere tamen formas Infinitivi Peal in ו desinentes (1). v. g. Luc. 9, 33 לְמִפְרְשׁוּ; tales autem et Chaldaicum idioma habet, v. g. מִסְכְּנוּ *periclitari*, quod legitur Judic. Cap. XIV, 15. Jam verò, observante Fuerstio, forma hæc Infinitivi in ו desinens, rarissimò licet, nonnumquam tamen occurrit etiam absque מ litterâ Infinitivi characteristicâ; v. g. עֲנָנוּ pro מַעֲנָנוּ. Eâdem ergo hâc ratione forsan in nostro loco legendum est מַלְכוּ, quod adeò sit inusitatior forma Infinitivi a מלך pro solenni מִמְלַךְ.

Ad alterum vocabulum שׁוּלְטָן quod spectat, id quidem, transpositâ ו, legendum arbitror שְׁלְטוֹן, ut sit rara forma Infinitivi a שְׁלַט. Nam et inter formas rariores Infinitivi Peal occurrere et formam terminatam in וֹן, ut v.g. מִקְטְלוֹן a קְטַל, docet Fuerstius (loc. laud.); a quo etiam didicimus et formam

(1) Vide Schaafii opus Aram. pag. 59; Andreæ Theophili Hoffmanni Grammaticæ Syriacæ (Halæ 1827) Lib. II, Cap. II, § 54; *Lehrgebäude der aramäischen idiome von Julius Fürst* (§ 130, pag. 120) qui Amiram testem laudat.

hanc Infinitivi in וֹן occurrere demtâ מ litterâ Infinitivi characteristicâ; itaque שְׁלְטוֹן = מִשְׁלְטוֹן.

Pag. 42, v. 33.

מקטל קטיל. Syntaxis verbi finiti cum Infinitivo absoluto ejusdem verbi Hebræis frequentissima est v. g. מָלֹךְ יִמְלֹךְ *regnando regnabit*, מוֹת תָּמוּת *moriendo morieris*, etc. Videsis Gesenii Lehrgeb. § 209. Eamdem Syntaxin et Aramæi habent. « Syri, (ità Hoffmann, Grammat. Syriacæ Lib. III, § 133) infinitivum absolutum (eum de quo suprà egimus) usurpant pariter ac Hebræi; neque, quod fortè opineris, in versionibus tantùm, vestigia Hebraici textûs nimis pressè sequentibus, sed etiam ibi ubi nulli exemplo adstricti prorsùs liberè scribunt. » Hucusque Hofmannus. Idem deindè observat usum hujus Infinitivi absoluti latiùs tamen patere in idiomate Hebraico, quam in Syriaco (Aramæo), in quo, quod jam antiquiores Grammatici rectè observarunt, hic Infinitivus absolutus non usurpatur nisi ad emphasin exprimendam. Videsis etiam Michaelis Grammat. Syriacæ Lib. III, c. 1, § XIX. Non mihi constat utrum Aramæi in simili syntaxi etiam conjungant formam *activam* cum formâ *passivâ*, quod interpres noster hìc fecit, scribendo מקטל קטיל; censeri enim posset secutus esse κατὰ πόδα textum hebraicum, in quo legitur : טָרֹף טֹרַף, ubi alte-

rum verbum (טָרֹף) ponitur in Infinitivo *Kal*, alterum (טֹרַף) est verbi finiti forma *Pual*.

Pag. 73, II.

In universum hunc Isaiæ locum ante paucos annos commentarium edidit prolixum quidem at luculentum et eruditum L. Reinke. Ejus libri titulus est: *exegesis critica in Jesaiæ Cap. LII*, 13. — *LIII*, 12, *seu de Messiâ expiatore passuro et morituro commentatio. Scripsit Laur. Reinke Theologiæ Dr. ejusdem et lingg. orientalium in academiâ Monasteriensi Prof. publ. extraord. Adjecta est dissertatio de divinâ Messiæ naturâ in libris sacris veteris Testamenti. Cum permissu Episcopi Monasteriensis. — Monasterii Westphalorum. A.* 1836.

Pag. 84, v. 10.

עד זמן די ייתי מלכא משיחא i. e. *usque ad tempus quo venturus est Rex Messias;* ità Chaldaicè explicatur, quod in sacro textu Hebraico (Gen. C. XLIX, v. 10) legitur: עד־כי יבא שילה. Ergò veteri interpreti שילה est *Rex Messias*. Onkelos pariter τὸ שילה interpretatur *Messiam;* nam verba hebraica suprà recitata reddit (vide Chrestom. Vol. I, part. 1, pag. 68): עד די ייתי משיחא *donec veniat Messias*. Cum Paraphrastis

Chaldaicis faciunt et alii scriptores Hebræorum antiquiores. Sic v. g. in Midrash Rabba (in Genes. pag. קי, column. 2ª, in edit. Francofurtiensi anni גאולה תהיה secundum minorem supputationem) dicitur : עד כי יבא שילה זה מלך המשיח *donec veniat Shilo; is est Rex Messias.* Ex quo manifestum est a majorum suorum interpretatione recedere Judæos recentiores, dùm שילה *Siluntem*, quod est nomen proprium loci cujusdam, interpretantur. Sed hæc hactenùs. Qui plura velit de exegesi celeberrimi istius vaticinii, adeat, inter alios, *Imbonati Congreg. S. Bernardi Ord. Cisterc. Monachi Bibliothecam Latino-Hebraicam;* in quâ ad calcem libri, pro coronide, prolixa habetur *dissertatio de adventu Messiæ a Judæorum blasphemiis vindicato;* Raym. Martini *Pugionis fidei* part. 2, C. IV. De Rossi *della vana aspettazione degli ebrei del loro re Messia dal compimento di tutte le epoche*, Cap. III.

NOTÆ MISCELLANEÆ.

IN CAP. IV.

SENTENTIÆ ET PROVERBIA.

—

Pag. 90, II.

יוד וגו׳. *Jod civitatem video hic.* i. e. ex litterâ *Jod*, quæ minima, vidi factam civitatem, i. e. rem maximam. Proverbialis locutio est, similis huic Latinorum : *ex muscâ elephantem facit*, quod dicitur de illo, qui rem minimam multis et inutilibus verbis amplificat. Ità Buxtorf. in Lexic. maj. a. v. יודקרת. Proverbialis hæc locutio citatur et explicatur etiam in *Aruch* (1); ubi tamen pro יוד קרתא legitur יודקרת. Est קחזינא pro קא חזינא; de קא vide quæ notavimus Vol. I, part. 2, pag. 112. Porrò חזינא est syntaxis Participii Peal cum pronomine 1ª pers.

(1) Pag. קן, column. 2a, edit. Bomberg. Venet.; est autem Aruch (עָרוּךְ) vel Sepher Aruch (ספר הערוך) titulus lexici Talmudici et Chaldaici, cujus auctor est R. Nathan, qui vitâ functus est Romæ A. 1106. Jam typis exscripta erat Chrestomathiæ Vol. I pars prior, antequam istius libri exemplar aliquod ad manus meas pervenisset.

Ibid. IV.

Proverbium hoc jactatur in eos qui, ut Latini dicunt, *actum agunt*. קמחא טחינא *farina molita.*

Ibid. V.

אמרי אנשי h. e. *dicunt homines*, etc.; cum hâc formulâ vel simili v. g. משל הדיות, si sententia quædam aut locutio proverbialis laudatur, signum est, eam non viris doctis, sed vulgo primùm auctori esse adscribendam; contrà ubi gnome quædam adducitur cum verbis אמרו חכמים vel similibus, indicium hoc est, eam non vulgo sed viris doctis primùm auctoribus tribuendam esse. Sensus : *nulla calamitas sola.*

Pag. 91, VI.

אָבָב *ad portam*; a בָב *Janua* et א, quod est pro אַד, hoc autem pro עַד (?) (*ad*); sicut אַדְכֵי pro עדכי et אַדְהָכֵי pro עדהכי. Elisa littera ד compensatur reduplicatione litteræ ב sequentis. Proverbium convenit cum pervulgato hoc :

Donec eris felix, multos numerabis amicos :
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Ibid. IX.

אסא וגו'. *Myrtus stans inter urticas, myrtus*

nomen ejus est, et myrtus vocatur. Viri boni, malorum invidiâ vel calumniâ gravati, manent tamen et vocantur boni; sic viri docti et ipsorum scripta etc. Buxtorfius.

Ibid. X.

דלינא est syntaxis Participii cum pronomine 1ª personæ. Sensus videtur hic *: si non laborassem non cepissem fructum.* Buxtorfius sic paullò aliter : *nisi ego laborassem alius non percepisset fructum;* pro quo, ait, etiam dicitur : אנא הא דלאית ואתה תשכח מרגניתא *ego sum qui laboravi, et tu percipis fructum* (verbot : *margaritam*). Quod in memoriam revocat vulgatum illud Virgilii: *sic vos non vobis mellificatis apes*, et reliqua.

Ibid. XII.

אדמוקדך וגו'. *Dum focus tuus ardet, vade abscinde cucurbitam tuam et coque eam.* Proverbiale est de occasione non negligendâ. Buxtorfius.

Pag. 92, XIII.

דאית וגו'. Sensus est : in colloquio cum amico cavendum esse, ne adhibeas tale aliquod vocabulum, quod possit rem ipsi ingratam aut ignominiosam in ejus memoriam revocare. דיותקיה quod, dempto affixo, est דיותקא notat *familiam, genus, cognationem;* undè verò derivetur vocabulum,

obscurum est; quin græco fonte fluat, nihil dubito, et menti obversatur διαθήκη; verùm græcum hoc vocabulum an alicubi *cognationem* vel simile quid notat? equidem exemplum desidero.

Ibid. XIV.

Sensus est : si quam rem cupias premere silentio, nemini eam communicato.

Ibid. XVI.

Sensus : *pueri ferè dicunt quæ audivêre a parentibus*. Conferatur pervulgatum hoc nostratium : *gelyk de ouden zingen, zoo piepen de jongen.* שׁוּתָא *sermo* est forma contracta pro שׁוּעֲתָא, quod est a rad. שׁעא ; ità, observante Buxtorfio, invenias et טוּנָא *onus* pro טוּעֲנָא. —

Ibid. XVII.

Sensus est : ne suscipiamus majora viribus, sed cum animo nostro consideremus, quid valeant humeri quid ferre recusent. לפוּם ex ל et פוּם *os, oris;* לפוּם adverbialiter : *secundum, pro ratione.* Cf. Hebraicum לִפְנֵי. —

Ibid. XIX.

אֲבִי ex אֲד (vid. suprà) et בֵּי quod per Apo-

copen est pro בִּית a בֵּית. Sensus : Oves fugitivas pastor blandè ad ostium caularum revocat : verùm ab ingressis intra septa severè pœnas exigit. Ad litteram sonat : *Præ foribus ovilis verba* (blanda) : *intra septa verò ratio* exigitur. « Traducitur, ait Plantavitius, ad principes aliosque dominos qui subditorum culpam dissimulantes, ipsos ad se bonis verbis pelliciunt, donec eos in plenâ potestate habeant ; a quibus postmodum delictorum pœnas exigunt, eosque severissimè puniunt. »

Ibid. XX.

Jactatur hoc adagium (verba sunt Plantavitii) in illos, qui in rerum per se perspicuarum explicatione maximè laborant. Convenit autem cum hoc Græcorum : λύχνον ἐν μεσυμβρίᾳ ἅπτεις *lucernam accendis in meridie*, hoc est, *oleum et operam perdis*, seu rem inutilem agis.

Ibid. XXII.

Sensus est : *a Deo nihil fieri quod non tendat in bonum.* שְׁמַיָּא *cœli = cœlum.* i. e. Deus. עָבְדִין Particip. Peal. plur. sed *impersonaliter* usurpatum.

Ibid. XXIII.

Proverbium est in eos qui dum aliena appetunt, et sua amittunt, nec ea acquirunt. לְמִבְעֵי

= לבמעא *ad quærendum,* Infinitiv. Peal cum ל a בְּעָא.

Pag. 93, XXIV.

אתגרת וגו'. Adagii sensus est : eum, qui mercede conductus est non debere vilem existimare qualemcumque laborem. Citatur autem hoc proverbium ex Talmude in Aruch, ubi et explicatur, relatâ nempè historiâ, quæ eidem dedit originem. En verba (Aruch, editionis suprà laudatæ pag. קפא, column. 2ª ad voc. פץ) : בסוף גמרא דפרק קמא ביומא אתגרת ליה פוץ עמריה פירוש פעם אחת נשכר עני בן טובים אצל בעל הבית שלא היה מכירו נתן לו צמר לנפצו ונעצב הנשכר שהגיע לזו הפחיתה והרגיש בעל הבית ואמ' לו (1) הניחהו והשיב לו מאחר שנשכר הנח לנפץ הצמר. Quæ Latinè ferè verbotenùs sic sonant : « In fine Gemaræ capitis primi tractatûs יוֹמָא legitur : אתגרת ליה פוץ עמריה ; cujus adagii sensum (פירוש) hinc colligas : aliquando nempè mercede conductus erat Hunni Tobiæ filius apud quemdam patrem-familias, qui eum minimè agnovit. Is ergò dedit illi lanam excutiendam ; quare tristitiâ affectus est ille qui mercede conductus erat, quia

(1) verba : הניחהו והשיב לו *sedavit illum et respondit illi*, mihi videntur esse nota marginalis, quæ in contextum irrepserit.

pervenerat ad hanc vilitatem. Quod ubi animadvertit pater-familias dixit illi : quandoquidem mercede conductus es, paratum te præsta ad lanam excutiendam. »

Ibid. XXV.

Sensus est : ex solâ parentum suorum relatione non rectè quis putandus est laudem mereri, sed ex probato aliorum testimonio.

Ibid. XXVIII.

זוזא וגו'. *Denarius ad frumentum comparandum non reperitur, ad perditionem reperitur.* Multis ad usus necessarios sæpè nummi desunt, quibus ad luxum, vanitatem et superbiam raró desiderantur. Buxtorfius in Lexic. maj. a. v. זוז (emphatic. זוזא); quod vocabulum, ait idem, notat monetam antiquam Judaicam; valebat autem quartam partem i. e. drachmam sicli sacri (dimidiam quartam partem *taleri* (thaler) imperialis); hinc ubi in Hebræo est רֶבַע שֶׁקֶל כֶּסֶף, ibi Targum habet : זוּזָא חֲדָא דִּכְסַף. Hucusque Buxtorfius. Cæterùm זוז (זוזא) videtur vocabulum Græcum Ζεὺς, quo nimirum nomine vocata fuerit moneta quædam, cui Jovis imago esset impressa.

Ibid. XXXI.

סקבא וגו'. *Ulcus anni est festa dies.* Homines

enim, explicante Buxtorfio (Lexic. maj. i. v. סקב), tunc feriantur et otium agunt; otium autem voluptatum causa est, ut edant, bibant, ludant et sic peccent.

Ibid. XXXII.

סבא וגו'. Reverentiùs dictum est hoc de senibus: סבא בביתא סימנא טבא בביתא.

Ibid. XXXIII.

נגרא וגו'. *Artifex in cippo suo sedet* (captivus), *quem manu suâ perfecit.* Concilium malum, quod habet Latinorum proverbium, consultori pessimum. Sic opus ad nocendum paratum, auctori ejus et factori sæpè noxium existit. Buxtorfius in lexic. maj. a. v. סדן. — Est autem מדויל ידיה verbonùs: *elevatione manûs suæ* = suâ operâ. Simile præcedenti est hoc: גיראה בגיריה מקטיל מדויל ידיה משתלם; nota מְקַטֵּיל esse pro מִתְקַטֵּיל.

Ibid. XXXIV.

מתלא וגו'. *Quem serpens momordit, hunc funis perterret;* quia funis nempè, utpote tortuosus, serpentis speciem refert. Adagii sensus satis patet.

Ibid. XXXV.

נזירא וגו'. *Naziræus es, circum circum ito, ad*

vineam ne appropinques. Locutio proverbialis est *de vitandis occasionibus peccatorum.* Buxtorfius in lexic. maj. —

Pag. 94, XXXVI.

בשעת וגו'. Sensus : solent homines dùm in angustiis versantur, facilè concipere vota; verùm ex angustiis erepti concepta reddere vota mox obliviscuntur.

Ibid. XXXIX.

לא מסקי וגו'. *Non efferunt ab eâ plus quam effert vulpes ex agro arato,* i. e. nihil; nam ex agro arato nihil potest vulpes secum efferre, nisi pulverem in pedibus. Buxtorfius in lexic. maj.

Ibid. XL.

מאן וגו'. *Qui comedit ollam* (i. e. qui cibum ex ollâ degustat ut coquus facere solet) *novit quis sit gustus eduliorum.* Proverbialiter dicitur *de certitudine experientiæ.* Buxtorf. in Lexic. maj.

NOTÆ MISCELLANEÆ.

IN CAP. V.

ACUTE DICTA.

—

Quæ hoc capite damus selecta sunt omnia ex מדרש איכה רבתי (commentario (1) in lamentationes Jeremiæ) ad verba (Cap. I, v. 1) : רבתי בגוים ; ubi statim quærit auctor cùr, postquam Propheta vocavit Jerusalem רבתי עם (Cap. I, v. 1) adhuc eam vocet רבתי בגוים (ibid); et respondet dictum id esse ut indicaretur quantùm cives Jerosolymitani sapientiâ inter gentes eminuerint. Ad cujus rei probationem deinceps varia adducuntur sapienter et acutè dicta, ex quibus quædam decerpsimus. Secuti autem sumus in textu nostro edendo editionem Francofurtiensem anni גאולה תהיה *secundum minorem supputationem*, collatâ tamen etiam editione Amstelodamensi anni : תורת ה' תמימה משיבת נפש *secundum minorem supputationem*. Lingua, quâ conscripta sunt, quæ hìc exhibentur acutè dicta, dici potest Aramæa vulgaris ex dialecto Jerosolymitanâ.

(1) De auctore, qui fertur idem esse ac τῶν Rabboth, vide quæ notavimus pag. 267, sqq. in not. miscell. ad Vol. I, part. 1.

Pag. 95, v. 1.

Versionem Latinam narrationis ejus quæ primo loco legitur, hìc subjicio, fidum acturus interpretem, et quantum quidem per Latinæ linguæ indolem licet, Aramaica verbotenùs redditurus.

« Quidam (*unus*, τις) (ex) Athenis venit Hierosolymam; invenit (*in plateâ sibi obviam*) quemdam (τινα) puerum, et dedit illi minutos quosdam (nummos); (tùm) dixit illi : J et affer mihi quod manducem (cibi aliquid), ut (ex eo manducando) possim saturari, et supersit, idque tollamus (1) (seponamus) in viam (in viaticum). Abiit ille (puer) et attulit ipsi (Atheniensi) salem. Dixit (Atheniensis) illi : Salem-ne dixi tibi ut afferres mihi? respondit (puer) ipsi : nonne sic dixisti mihi : J affer mihi quod manducemus et saturari possimus et reliquum (aliquid) faciamus, idque tollamus in viaticum? Per vitam tuam, est hìc (ביה *in hoc* (sale)) quod manduces ut et saturêre et reliquum facias, et seponas in viaticum. »

Pag. 96. II.

Post שרון nota participia duo pro totidem

(1) Lego hìc et mox infrà iterùm (ubi bina mea exemplaria dant נסיב) וְנִסַּב in Fut. Peal. 1 fut. plur.; mallem verò legere in singulari וְאֶסַּב. Forsitan legendum est נְסִיב in Particip. *Peil*; tùm verò sensus esset : ut supersit (aliquid) *tollendum* in viaticum.

infinitivis. עבדי׳ בינן h. e. *facientes* (fuimus) *inter nos;* cujus phrasis sensus est : *statuimus, de eo inter nos conventum est* quod etc. — בר נש *filius hominis* = aliquis. Pro קודמוי, quod pro mendo typographico habeo, quamquam utrumque meum exemplar illam lectionem exhibeat, legito קודמי = קֳדָמַי *coram me;* nam hoc orationis contextus omninò postulat.

Ibid. v. 10.

אמר לון וגו׳. Etiam hìc mendum irrepsisse puto. Itaque pro דבעית lege דבעיתון et verte : *dixit illis : quod mihi facere voluistis, id ego feci vobis.* Veruntamen quia suprà dictum est : קם חד מנהון mallem legere ità : אמר לו מה דבעית למיעבד לי עבדית לך, *quod mihi facere voluisti, id ego feci tibi.*

Extat in Rabboth commentarius מתנות כהונה inscriptus; cujus auctor est R. Issachar Behr ben Naphtali (ר׳ יששכר בער בן נפתלי). Cujus commentarii specimen hìc exhibere juvat, exscribendo ea quæ notantur in præsentem locum.

אזל גבי תגרא כו׳ הלך לו אזל סוחר בעיר אתינס בא ונתקבל להתאכסן בחנות ששם לנים האורחים ומוכרים להם אכילה ושתיה ומצא שם בני אדם התחילו לישב ולשתות יין. שרון. התחילו. או הוא

לשון שיר פי׳ משוררים. מדאכל כו׳ אחר שאכל ושתה אותו ירושלמי רצה לישן א״ל עשינו תקנה בינינו שלא נקבל ללין פה אורח עד שיקפוץ קודם ג׳ קפיצות א״ל לאותו מדבר אליו וכי מה יודע אני היאך (1) אתם קופצין אלא קום אתה ועשה לפני והראני נא ואעשה כן אחריך: קודמיה גרסי׳ קם אחד מהם וקפץ קפיצה ראשונה ונמצא עומד באמצע החנות ושוב קפץ קפיצה אחת ונמצא עומד על פתח פי החנות ושוב קפץ קפיצה ג׳ ונמצא עומד חוץ לחנות ועמד מהרה אותו ירושלמי וסגר הדלת לפניהם וא״ל בחייכם לשון שבועה מה שהייתם רוצים לעשות לי עשיתי אני לכם. Quod latinè ferè verbotenùs redditum sic sonat : אזל גבי תגרא כו׳. Ivit (sibi) ad mercatorem quemdam in urbe Athenarum ; advenit (illic) et receptus est ad hospitandum (2) in quodam diversorio. Nam ibi (in diversorio aliquo) pernoctari (לון) solebant viatores et emere sibi cibum et potum. Invenit autem ibi quosdam homines (qui) incæperant (התחילו) sedere et bibere vinum. שרון hebraicè notat התחילו; vel שרון derivandum est a שיר ut sensus sit *can-*

(1) Vocabulum אתם deest in utrâque meâ editione; non dubitavi tamen illud addere, quia abesse nequit.

(2) התאכסן est verbum denominativum ab אכסנאי quod est Græcum ξένος.

tantes (משררים) (1) *erant.* מדאכל כו׳. Postquam manducasset et bibisset ille (אותו) Jerosolymitanus, cupiebat ire cubitum; (quod dum petebat) dixerunt illi (qui illìc compotabant) : fecimus statutum inter nos (secundum) quod non est recipiendus ad pernoctandum hìc viator aliquis, donec ediderit priùs tres saltus. Dixit (Jerosolymitanus) ipsi, nempè illi qui verba fecerat ad eum : At quid! num scio ego quomodo vos saliatis? idcirco age fac tu id coram me, et indica mihi quæso (quos saltus edere debeam), et facturus sum ità post te. Legimus in textu קודמיה (2). — Surrexit ergo unus ex illis (compotatoribus) et edidit saltum unum, inventusque est stans in medio tabernæ; et iterum edidit saltum unum inventusque est stans in aditu januæ tabernæ; iterumque edito saltu tertio stans erat extra tabernam. Tum verò prodiens celeriter ille Jerosolymitanus clausit januam ipsis, dixitque illis : per vitam vestram (בחייכם formula juramenti est), quod eratis volentes facere mihi, hoc feci ego vobis.

Scholiastes orationis contextum, quem præ se habebat, fideliter repræsentavit, quare non ipsi objiciendum est, quod narratio malè cohæret. — Ut ea sibi constet, supponamus, dùm unus ex compotatoribus saltus suos ederet, hunc reliquos gra-

(1) Ridiculum hoc.

(2) Ità se legisse notat Scholiastes; eam tamen lectionem minimè approbat; quod patet ex ejus interpretatione, quum קודמיה reddat לפני.

diendo fuisse secutos, ità ut, postquam ille tertiò salïisset, compotatores omnes simul starent extra tabernam. Conjecturam hanc mihi suggessit prælaudatus Scholiastes, qui etiam observat in vetere quodam libro legi, *cauponem ità fuisse locutum Jerosolymitano* (scilicet ei dixisse non licere apud se pernoctari aliquem nisi prius tres saltus edidisset), *nec alium quemquam in tabernâ fuisse, præter Jerosolymitanum et cauponem, huncque extra januam fuisse clausum, in eoque codice sermonem perpetuò fieri in singulari numero.* (וב״סי איתא שבעל החנות א׳ל כן ולא היה שם כי אם האכסנאי לבדו וגר׳ הכל בלשון יחיד ובעל החנות קפץ לחוץ).

Pag. 97, v. 4.

עיזא vel עִזָא (emphat. a עֵז) *capra*. חיורתי = חִוָּרְתִּי *alba* a masculin. חִוָּר, quod regulariter in femin. est : חִוָּרָא; hìc verò חִוָּרְתִּי cum *Jod* paragogico addito formæ vocabuli in statu constructo positi. Tale *Jod* paragogicum in Hebraico idiomate occurrit non rarò; v. g. Genesis Cap. XLIX. v. 11. (1) אֹסְרִי לַגֶּפֶן עִירֹה *ligans ad vineam asinum suum*; Jerem. Thren. Cap. I, 1. רַבָּתִי עָם *plena populo* (civitas); Psalm. (Hebr.) CX,

(1) עִירֹה est pro עִירוֹ. —

v. 4. עַל דִּבְרָתִי מַלְכִּי־צֶדֶק *secundum ordinem Melchisedech*. Plura exempla si quis velit, adeat Gesenii Lehrgeb. § 127, pag. 547. Non tamen, quod lector meus observet velim, omninò ejusdem rationis est *Jod* paragogicum in vocabulo nostro חירתי, ac in exemplis laudatis; nam in his *Jod* paragogicum additum est vocabulis quæ, id ità postulante Syntaxi, in statu *constructo* posita sunt, quod secùs est in casu nostro. De אסרי tamen in exemplo suprà dato, dubito an dici *debeat*, quod vult Gesenius (ibid.), positum esse in statu *constructo*.

Quæ hùcusque disputavimus, notentur et de eo, quod sequitur, vocabulo אוכמתי. Utrumque vocabulum חורתי et אוכמתי in fem. statu emphatico poni pro חורתא et אוכמתא, non est cur putem.

Ibid. IV.

Subjicimus hìc selecta quædam ex Scholiaste nostro hebraico. ולא ילית. Scholiastes : לא היה יכול ללמדו.

Pag. 98, v. 1.

אמר ליה וגו'. Scholiastes : ואמר על עצמו, דרך תימה לאחר: ג' שנים ומחצה שטרחתי ללמוד ענייני חכמא לא הועיל לי כלום עד שקניתי עבד עור בא' מעיניו. וא"ל המוכר: בחייך שהוא חכם הרבה מאוד ומביט למרחוק בחכמתו.

Ibid. v. 4.

מן דנפקון וגו׳. Scholiastes : משיצאו מִשַׁעַר העִיר א״ל העֶבֶד לְאדונו ; מהר לילך שנגיע מהרה לבגי לוּיָא. נֶגֶד פֵּי׳ מַהר והַמשך עצמך לילך בִּמְהירות ; והכי (1) איתא ריש פ׳ יש נוחלין.

Ibid. v. 9.

עמא דתביר וגו׳. Scholiastes : אתָּה א״ל האדון ; קשה עורף ועור בא׳ מעיניך! מניין את יודע וגו׳.

Pag. 99, v. 3.

רבעית לה וגו׳. Scholiastes : פי׳ היתה רובעת בתוך האבק וְראיתי רוּשם מקום שניהם.

Pag. 100, v. 6.

ואמר ליה וגו׳. Scholiastes : וא״ל : אם יבא בני מירושלים ויְעשה לך ג׳ דברי חָכמה, תן לו מה שיש לי אֶצלך, ואם לא, לא תתן לו. וקודם צאתו מביתו אמר לבנו כן ; שאם יארע שימות חוץ מביתו שיצוה כן לבעל הבית ולכן עשה בני שלשה דברי חכמה קודם שיבעה ממנו ירושתו.

(1) והכי וגו׳. h. e. et sic est (*sumitur*) in principio capitis quod incipit a verbis יש נוחלין (nempè Cap. VIII, Cod. Talmud. בבא בתרא, in Gemarâ).

Ibid. v. 8.

ועבדין וגו'. Scholiastes : תקנה עשו ביניהם בני אנשי אות' עיר (1) שמת שם, שלא יהיה אחד מהם מראה לאכסנאי בית חברו אם ישאלנו האכסנאי.

Pag. 102, v. 1.

אין דלא וגו'. Illud אין quemadmodum etiam τα ליה הינון rectiùs abessent. Dixerat alter : *an mandavi tibi ut fascem lignorum mihi afferres;* cui prior respondet: *non* (ד, ὅτι, quia) *id jussisti mihi tu, sed ille vir qui venit ponè me.* Si non expunctum velis אין, legito illud אין = הֵן *sic, ità est;* particula est affirmativè respondentis; τὰ ליה הינון · si servare velis, vertas· : *ipsi illa* h. e. *istius viri qui ponè me venit sunt ligna ista.*

Pag. 104, v. 5.

הַכְדֵין וגו'. Scholiastes : בעל הבית א"ל : וכי! חלוקה זאת חולקים בעירכם? חלקת פעם ראשונה ולא אמרתי לך דבר; וגם עכשיו אתה עושה כזאת! א"ל וכי! לא אמרתי לך שאין מלאכה זו מוטלת עלי ואעפ"כ שחלקתי יפה חלקתי.

(1) Mallem אותו העיר.

Pag. 105, v. 1.

נסבית — חולקכון. Hìc vel ante נסבית supplenda est particula negativa לא, quæ forsitan excidit, vel verba legenda sunt cum interrogatione : *num sumsi aliquid* (מְדֵם = מֵידֵי) *ex portionibus vestris?* Atque ità certè legit Scholiastes, qui hunc locum sic interpretatur : וכי! לקחתי מאומ׳ מחלקכם? הרי כל המנות (1) היו משולשין בשוה.

(1) In utrâque meâ editione mendosè legitur : המנית.

NOTÆ MISCELLANEÆ.

IN CAP. VI.

THEOLOGUMENA ZOHARICA.

Rabbi Simeon ben Jochai (ר' שמעון בן יוחאי) natus est in provinciâ superioris Galileæ sub finem sæculi æræ nostræ primi. Circumfertur sub ejus nomine liber dictus זֹהַר, *splendor*, qui verò sæculo demùm XIII ex Palæstinâ in Hispaniam delatus publicè innotuit. Quod tamen non obstitit quominùs Judæi ferè sentiant librum Zohar, sive is ab ipso Simeone, sive ab ejus discipulis ex ipsius ore conscriptus sit, reverâ tantæ esse antiquitatis; non desunt tamen qui existiment eum librum R. Moysis Legionensis (1) (ר' משה דליאון) fœtum esse, quem is, sordidi lucri causâ, Rabbino Simeoni ben Jochai supposuisset. Remotam illam quam libro זהר vulgò tribuunt Judæi antiquitatem acriter oppugnat etiam J. Morinus, et, variis adductis argumentis, demonstrare conatur auctorem ejus libri, quisquis tandem fuerit, vix ante annum æræ Christianæ millesimum scribere potuisse, adeòque eum librum esse supposititium. Argumenta pro

(1) Floruit hic Sæc. XIII.

firmandâ suâ sententiâ Morinus ducit 1° a novitate libri, utpotè qui non nisi sæculo demum XIII publicè innotuit. 2° Ex eo quod inibi commemorantur *punctorum vocalium* figuræ, quæ tamen certè recentioris sunt ætatis. 3° Ex eo quod in libro Zohar traditur « doctrina quædam mystica orta » et eruta ex variis nominum divinorum combi- » nationibus et resolutionibus, litterarum Al- » phabeti vario situ, permutatione, decussatione, » decem Sephiroth sive Dei attributis variè inter » se comparatis, » cujus modi Cabbalæ nulla occurrat in Talmude mentio, nulla in Midrashim. nulla in antiquo ullo libro memoria, nullum vestigium. 4° Ex eo quod ejus libri auctor adhibet voces barbaras, quibus utuntur Targum Jonathanis et Targum Hierosolymitanum, Rabboth aliique Midrashim; nonnullasque alias suo marte, aut suo tempore in regione quâ vixerit, vulgares. 5° Ex eo quod ex peculiari Talmudistarum sermone quædam imprudens imitatur, quæ Paraphrastis et aliis auctoribus planè sunt inusitata. 6° Ex eo quod ità loquitur de linguâ Chaldaicâ, ut manifestum sit eum diù vixisse, postquam hæc apud populum Judaicum obsoleverat. 7° Ex eo quod Onkelosum Paraphrastem Chaldaicum allegat tamquam auctorem antiquum, cui tamen Simeon Jochaides erat coætanens. 8° Tandem ex eo petit argumentum Morinus quod opus Zoharicum scatet fabulis Rabbinicis, quæ tales ipsi videntur ut dici

debeant a Talmude, Midrashim aliisque ejusmodi libris emendicatæ.

Ad hæc argumenta respondit Rosenrothius (in præf. ad Tom. II, Cabbalæ denudatæ) ità, ut tamen, mihi certè, non videatur difficultatibus a Morino motis omninò satisfecisse. Verùm mihi animus non est hanc litem componere, idque me doctioribus relinquo. Fatebor tamen in hâc me versari opinione ut putem, eorum quæ a Morino afferuntur quædam non satis probare ejus viri sententiam, cætera verò probabiliter explicari posse, si admittamus librum *Zohar* subsecutis temporibus, quoquo tandem modo, fuisse interpolatum. Quidquid sit, Morini certè argumenta non moverunt Drachium, virum eruditissimum, quo minùs affirmaret libri Zohar eam esse antiquitatem, quæ eidem a Judæis vulgò tribuitur. En ejus verba (1): « Rabbi Siméon-ben-Yohhai, auteur du *Zohar*, vivait vers l'époque de la ruine du second temple. Le Talmud, traité Schabbat, fol. 33, verso, nous apprend que ce Cabaliste a été caché avec son fils, pendant douze ans dans une caverne....... Les Rabbins prétendent que c'est pendant cette retraite que R. Simeon a commencé à rédiger les traditions cabalistiques. Ses disciples continuèrent après sa mort à mettre par écrit ce qu'il leur avait enseigné verbalement. Telle est est l'origine du

(1) *Deuxième Lettre d'un Rabbin converti, aux Israélites ses frères, sur les motifs de sa conversion. Paris* 1827, *pag.* 298.

Zohar, dont le style appartient à la langue parlée à Jérusalem du temps de l'incarnation de Notre-Seigneur.... Une autre preuve de la haute antiquité des traditions consignées dans ce livre, c'est qu'il n'y est fait nulle part mention du Talmud. » *Et jam ante dixerat* (1) : « Le Zohar qui, à mon avis, est après la Bible, le livre le plus ancien que nous ayons, etc. »

Sed hæc hactenùs. Jam quod spectat ad argumentum libri, est is commentarius Cabbalisticus in Pentateuchum, in quo plurimus sermo est de Deo variisque ejus nominibus et attributis, de Messiâ, de angelis eorumque hierarchiâ et officiis, de creatione, de peccato originali, cet. Quæ tamen non ordine aliquo ibi pertractantur, sed arripiuntur datâ aliquâ occasione, licet sæpè etiam datâ nullâ. Talia autem sunt quæ de his passim dicuntur in libro Zohar, ut cum dogmaticâ Christianâ amicè conspirent, recentiorum verò Judæorum placitis planè contradicant. Quo fit ut æquus quisque harum rerum æstimator fateri cogatur, in libro Zohar servata esse non pauca capita ejus fidei, quam Patriarchæ et Prophetæ, Ecclesia, inquam, veteris Testamenti, nobiscum communem habuit. Quare et Celeb. Drachius librum Zohar non dubitavit vocare *librum apprimè Christianum* (2).

(1) Op. laud. pag. 25.

(2) *Le Zohar*, ait, *ce livre éminemment chrétien*. etc. Vide op. laud. pag. 37.

Plura de opere Zoharico qui velit, adeat libros sequentes : Bartolocci Bibl. Rabbin. Part. IV, pag. 412, sqq. Wolfii Biblioth. Hebr. Tom. I, pag. 1134, sqq. Morini Exercitat. Bibl. Lib. II, Exercit. IX; Cap. IV, V et VI. P. Beer *Geschichte Lehren und Meinungen aller bestandenen und noch bestehenden religiösen Sekten der Juden und der Geheimlehre oder Cabbalah.* Brunn. 1822. Zweiter Baud p. 26, sqq. *Philosophia Cabbalistica et Pantheismus. Ex fontibus primariis adumbravit atque inter se comparavit M. Freystadt Regimontii Prussorum* 1832. Auctor hìc distinguit in Philosophiâ Cabbalisticâ doctrinam *secundariam* a *primariâ ;* primariam autem vocat eam, quæ ex opere Zoharico et libro Jetzira hauritur ; secundariam verò, quæ docetur ab iis qui in prædictos libros commentarios edidêre, ut sunt R. Isaac Loria, Moses Corduero etc. Affirmat autem in Philosophiâ Cabbalisticâ, scilicet primariâ illâ, nullum dari vestigium Pantheismi, sed purum Theismum doceri.

Pag. 109, v. 3.

ובגין וגו׳. Atque ideò שמע (quod est primum vocabulum versiculi Deuteron. Cap. VI, v. 5, bis singulis diebus a Judæis recitandi) conjunctum est cum vocabulo והיה, quod legitur infra ibid. v. 10. — Obscurum mihi, quid velit auctor. Quæ sequuntur sunt magis perspicua.

Ibid. v. 3.

יחודא וכו'. Totius hujus pericopæ hæc videtur esse interpretatio. *Unitas uniuscujusque diei* (יחודא דכל יומא) (h. e. Dei unitas, quæ bis singulis diebus prædicari debet in oratione, tam matutinâ quam vespertinâ, in quâ nempè recitandus est Deuteron. Cap. VI, versiculus quintus, qui sonat ità : שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה אחד h. e. *Audi Israel Jehova Deus noster Jehova unus est*) *est unitas illa* quam pandit S. Scriptura (יחודא דקרא), dum dicit : *Jehova, Deus noster, Jehova* (״ אלדינו ״); *nam ecce omnia* (tria) *hæc unum sunt, et idcircò vocatur* (Deus per prædicatum subjunctum) *unus* (אחד). At *ecce tria nomina* (scil. ״ אלהינו ״) *sunt, quî ergo fit ut is qui iisdem vocatur sit unus? et tametsi legamus tria hæc nomina juncta cum prædicato* אחד, *sunt-ne etiam* (tres illi qui tribus hisce nominibus indicantur) *unus?* etc.

Pag. 111, v. 1.

הן עם וגו'. Subjicimus universi hujus loci interpretationem et illustrationem Sommerianam.

« *Ecce populus solitariè habitabit.* Numer. XXIII, 9, in unitate seu seorsim absque mixturâ aliâ. Omnis enim unitas est perfecta, quod adparet ex Deuteron. VI, 4. יהוה אלהינו יהוה *Jehova Deus*

noster Jehova. Quod est mysterium ejus, qui ante principium rupium fuit, et unitus est in capite trunco et semitâ. *Jehova* (ab initio positus) designat principium summum, aerem adscendentem; *Elohenu* respicit truncum, qui vocatur truncus Isai (Jesaiæ Cap. XI, 1); tandem *Jehova* (alterâ vice nominatus) pertinet ad semitam, quæ descendit ad inferiora. En in hoc mysterio unitur quilibet cum altero, uti decet, i. e. perfectissimè. »

Quæ verba sic illustrat Sommerus. « Adducto loco Num. XXIII, 9 occasionem indè petit auctor de unitate essentiæ divinæ, et tribus in hâc unitate personis disserendi, ac si populus Dei in unitate suâ imitaretur Deum ipsum, qui Deut. VI, 4, vocatur tribus distinctis nominibus יהוה אלהינו יהוה; ubi per nomen יהוה, primo loco positum, intelligendum censet auctor noster primam in divinitate personam, quam רישא עלאה i. e. *caput seu principium summum* vocat. Addit porrò auctor אוירא דסלקא *aer adscendens*, ob infinitatem, immensitatem et omnipræsentiam, quâ solus gaudet Deus O. M., ità ut instar aëris (si ità dicere fas sit) omnia impleat. Altero nomine אלהינו intelligit *truncum*, truncum nempè Isai, cujus mentio fit Jes. XI, 1, his verbis : *et egredietur virga de trunco Jesse.* Quem locum ab antiquissimis temporibus de Messiâ explicarunt et Christiani doctores et Judæi cordatiores omnes. Hoc tantùm hìc monendum, meliùs et rectiùs in

hoc dicto per *virgam* intelligi Messiam, e domo et familiâ Davidicâ, cum illa jamjam esset succisa, nasciturum, quam per *truncum*, qui ipsam familiam Isai designat. Verùm, uti Judæis solemne est, adducunt tantùm unam vel alteram vocem e versu biblico, omissis reliquis, sæpiùs præcipuis, hoc fine, ut lectorem ablegent ad locum ipsum evolvendum et accuratiùs rimandum. Tertiò nomine יהוה, iterùm repetito, intelligit tertiam Divinitatis personam, quam nos Spiritum S. appellamus, eamdemque *semitam* vocat, quia homines pios ducit in rectam et veram semitam, et ad æternam beatitudinem perducit. Conf. Psalm. CXLIII, 11. Joh. XVI, 13. Tandemque concludit auctor docendo, hasce tres personas perfectissimâ unitate esse unitas. »

Ibid. v. 8.

מן דאמר וגו'. « Quicumque pronunciat vocem אחד (1) illum oportet *Aleph* abripere, et lectionem ejus abbreviare, neque ullo modo huic litteræ immorari. Et quicumque hoc facit, dies vitæ ejus prolongentur. Dixerunt (discipuli) ei (R. Shimeoni): aliàs dicitur : duo sunt et unus hisce associatur, et indè tres fiunt; quùm verò sunt *tres*, quomodo possunt esse *unus*? Respondit illis : illi duo sunt nomina (2) duo illa, quæ leguntur expressa in for-

(1) Puta in recitandâ formulâ שמע ישראל וגו'.

(2) Hic, in phrasi obscurâ, majoris perspicuitatis gratiâ, a

mulâ שמע ישראל, quæ sunt יהוה יהוה; ad quæ accedit tertium אלהינו, quod est annulus obsignatorius, qui vocatur אמת seu veritas. Et quia inter se invicem uniuntur, sunt reverâ unum, unitate simplicissimâ. Sommerus.

Pag. 113, v. 3.

את האדם דייקא. h. e. rectissimè (dictum est) את האדם. Nimirùm tractat auctor de verbis (Genes. Cap. III, v. 24): ויגרש את האדם, notatque *rectissimè* (דייקא=דְּיקָא a דוק), potiùs quam aliud vocabulum, adhibitum esse אדם, quod hìc intelligit non *Adam* sed *hominem* q. d. humanum genus: Hinc pergit dicendo: *Veni, vide* (תא חזי) *mysterium quod latet in vocabulo* אדם; *propterea quòd peccavit Adam captus est* (אתפס) *et causavit mortem sibi et universo mundo* (posteris suis universis).

Pag. 114, v. 4.

עד כי וגו'. Agit auctor de vaticinio Jacobi Patriarchæ; notat autem, idem vocabulum aliàs scribi שִׁלוֹ aut שִׁלֹה, hìc verò שילה cum lit-

Sommerianâ interpretatione recedendum putavimus. Porrò nota pro דשמע דישראל legendum esse דשמע ישראל; vult enim auctor indicare duo priora vocabula formulæ jam suprà memoratæ שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה אחד.

teris *Jod* et *He;* quæ scilicet duæ litteræ efformant יה (יָה), quod est Dei nomen (?).

Pag. 115.

Messias, ait, dominaturus est in hostes suos omnes, infernos et supernos, reges idololatras puta et spiritus nequam; ideòque dictum est; subjicit auctor : עני ורוכב על חמור ועל עיר, in quibus verbis duobus, animalibus (חמור et עיר) vectus dicitur, quod notat, ait idem, hostes et infernos et supernos Messiæ esse subjiciendos. —

Porrò quæritur occasione verborum recitatorum עני ורוכב וגו', cur Propheta Zacharias Messiam vocaverit עני *pauperem;* cui quæstioni mox subjicitur responsio.

Pag. 117, v. 5.

ובמה וגו'. Sensus : quum audisset R. Simeon quod se vocasset clamando Simon! non verò R. Simon! dixit sociis suis : profectò est is Deus sanctus benedictus, de quo dictum (Dan. Cap. VII, v. 9) est: *antiquus dierum sedit.* Ecce nunc adest horâ aperiendi illud mysterium, illud scil. quod latet in verbis : ויאמר אלהים נעשה אדם.

Pag. 120.

אצטריך וגו'. Sequitur hìc interpretatio Som-

merianam. « Necesse est ut tempore futuro, quando veniet Rex Messias, ipse possideat collem supremum (i. e. divinam naturam), sub cujus alam se recipiat, quo eidem jungatur ac constituatur in vitam supremam. Exindè enim prodibit tunc temporis Messias filius Davidis. Quod mysterium continetur verbis Psalm. II, v. 7. *enarrabo statutum* (vel, ut hìc ab auctore nostro vox חק sumitur, *naturam*) *Jehovæ, dicentis ad me : tu es filius meus, ego hodie te genui*. Paratus ego sum dicere de hoc loco, in quo fit mentio τϛ חק, et enunciationis, *filius meus es tu, ego hodie te genui*, quod illo ipso die sit proventurus (Messias) sub alâ ejus, itidemque proprietatibus vitalibus, perfectionibus et prærogativis *instructus* (ad verbum : tantâ vitâ, tot coronis, totque benedictionibus). Quæ tamen natura non relinquetur sola, sed adjungetur ipsi Messias alter, filius Josephi, qui ibidem stabilietur (seu in eodem subsistet), nec ullo alio loco, Quia verò iste erit collis inferior, destitutus proprietatibus vitalibus, morietur hic Messias, et occisus in statu mortis permanebit ad tempus, donec recolliget iterùm vitam hic collis et resurget. »

Ad quorum illustrationem ex eodem auctore hæc adnotasse juvabit :

« Vocabula גבעא עלאה et תתאה ad litteram notant *collem superiorem et inferiorem*: Hic verò earum significatus e doctrinâ Cabbalisticâ erit petendus, in qua בינה, quæ ultimum inter tres

Sephiroth locum occupat, et מַלְכוּת decimum seu infimum inter omnes tenens, singulæ collis nomine vocantur (cf. Cabbalæ denudatæ part. I, p. 229. Significant autem colles tam hìc illìc in Scripturâ sacrâ, quam, et sæpiùs, in scriptis Cabbalisticis, magnificentiam, excellentiam et potentiam. Quo factum est ut nomen *collis* in Zohare Sephiris בינה et מלכות aliquando tribuatur, quia istæ Sephiræ, collium instar, excelsæ et eminentiores sunt istis, quæ infrà eas sunt. מלכות quamvis ultima omnium Sephirarum est, habet tamen omnes copias et populos se inferiores. בינה autem sublimior est septem reliquis inferioribus, ut arbor docet Cabbalistica. Quæ cum ità sint, intelligis facilè mentem R. Simeonis nostri scribentis : *Messiam venturum in hunc mundum, occupaturum esse collem supremum, seu* בינה, *sub cujus alam se recipiet, ut jungatur eidem ac in vitam supremam constituatur*. Ex suprà enim dictis (in præfat. opusculi mei) patet has tres priores Sephiroth כֶּתֶר, חָכְמָה et בִּינָה indivulso nexu inter se esse unitas, et Cabbalistis indicare Trinitatem personarum in essentiâ divinâ; et quùm בינה, tertio loco posita, respondeat Spiritui Sancto, nihil aliud per גבעה עלאה, seu *collem superiorem* hìc intelligas, quam dona Spiritûs S. et eminentissimas planèque singulares dotes, quibus Messias, quoad humanam naturam, exornatus fuit...... quin et

ipsam unionem hypostaticam divinæ naturæ cum humanâ, quâ particeps factus est omnium divinorum attributorum..... Per receptionem Messiæ sub alis (גדפא) τῆς בינה, seu collis superioris, intelligenda videtur tutela, protectio et imprimis usus plenissimus perfectionum divinarum omnium.... Et fortè hâc ipsâ locutione auctor quoque ad unionem personalem respicit, per quam humana Messiæ natura, propriâ subsistentiâ destituta, subsistit subsistentiâ τȣ λογȣ. Hisce omnibus describit R. Simeon naturam Messiæ divinam, et hinc per unionem hypostaticam ipsi convenientes perfectiones divinas. Quod dein probat dicto Psalm. XI, v. 7, idque rectissimè. Ubi autem notatu dignissimum est, auctorem nostrum per vocem חק, quæ *statutum, decretum, mandatum* cet. aliàs significat, hìc intelligere *naturam*, quæ significatio apud Maimonidem sæpiùs huic voci competit, et huic loco reverâ non incongruens est. Quibus expositis progreditur ad alteram Messiæ naturam, humanam nempè, scribens: וההוא חק לא ישתאר בלחודוי i. e. *hanc naturam* scil. divinam, *non fore solam*, sed cum humanâ uniendam. Vocat eam גבעה תתא i. e. *collem inferiorem*, per quam Cabbalistæ intelligunt Sephiram מלכות, quæ notat *regnum*, præcipuè Davidicum (vid. Cabbal. denud. part. I, pag. 539), quia Messias quoad humanam naturam debebat provenire e stirpe Davidicâ (Jes. XI, 1 et Gen. XLIX, 10).

Respicit itaque Messiam filium Josephi, cujus hìc mentionem facit, quemque unam eamdemque esse personam profitetur cum Messiâ filio Davidis, quo mediante hic posset mortem oppetere vitamque deponere, quam, statim divinæ naturæ virtute, seu ut filius Davidis, sit recepturus. Hoc enim firmiter mihi persuadeo, quodque etiam ex hoc loco Zoharico satis luculenter patescit, antiquiores Judæos, istâ de duplici Messiâ, filio Davidis et filio Josephi, doctrinâ, nihil aliud voluisse tradere, quam duplicem Messiæ naturam divinam et humanam, duplicemque statum exinanitionis scilicet et exaltationis. Quam dein doctrinam recentiores Judæi, antiquæ religionis ignari, et perplexo errore occæcati, in perversam sententiam detorserunt.... Hisce præmissis, sensus verborum Zoharicorum hic erit constituendus : Messiam necessariò oportere duplici naturâ esse præditum, divinâ et humanâ : divínâ, ut gaudeat attributis et perfectionibus omnibus Deo competentibus; humanâ verò, ut mortem pati, et sic pro peccatis mortalium posset satisfacere. » Hactenùs Sommerus in suo specimine Theologiæ Zoharicæ pag. 91 sqq.

Pag. 120, v. 8.

Quæ sequuntur post vocem בלחודוי vocabula, typographico mendo turbata fuêre; sunt autem hoc ordine legenda : .....בלחודוי; יתכליל ביה

משיחא אחרא בריה דיוסף ותמן יתתקף ולא באתר אחרא.

Pag. 121.

ע״ב ק״ל ait auctor, valet 202, notatque *filium* (בר) per חושבן. Nam sicuti computando litteras vocabulorum עב קל, secundum earum valorem numericum efficies 202, ità et litteræ vocabuli בר secundum eumdem valorem computatæ pariter valent 202. Dicendo בחושבן (*per computationem*) auctor voluit indicare illam Cabbalæ speciem quam *gematriam* (*γεωμετρια*) vocant. « Gematria autem, docente Guarinio (Gramm. Hebr. Lib. III, Cap. IV), considerat litteras in sacro textu positas *numericè*, h. e. quantum ad earum potestatem numericam attinet, et certam quamdam doctrinam ex illo numero elicit. Sic v. g. Gen. Cap. XL, v. 10 : *non auferetur sceptrum de Judâ.... donec* יָבֹא שִׁילֹה *veniat Shilo*, litteræ duarum illarum vocum numericè sumptæ faciunt 358, qui numerus etiam in voce מָשִׁיחַ *Messias* continetur. Ergò secundum hanc Kabbalæ speciem *donec veniat Shilo* idem est ac *donec veniat Messias*, quo modo etiam Paraphrastes Chaldaicus transtulit. »

Sed de hâc cæterisque Kabbalæ speciebus, ut et de arbore Cabbalisticâ pluribus agere nostri vetat instituti ratio. De quibus rebus si quis pleniùs instrui cupiat, adeat Guarinium, quem mox cita-

vimus; Th. Hackspanni *exercitat. de Cabbalâ Judaicâ;* Wolfii Bibl. Hebr. Tom. 2, Liber VII *de Cabbalâ Judæorum;* item opus Knorr de Rosenroth *Kabbala denudata* inscriptum; et *observationes Jos. de Voisin in prooemium pugionis fidei*, pag. 60 et sqq. —

Pag. 121, v. 4.

ושכינתי׳ חסד. *Shechinam* (שכינה) a priscis Judæorum Theologis haberi pro *imagine* Dei, conficitur ex his verbis (desumpta sunt ex operis Zoharici part. III, p. רל, colum. 1ª in edit. Amstel. apud Sommerum. pag. 45): בגין דק״בה איהו סתים בסתרי התורה, במאי אשתמודע? במצו׳ דאיהי שכינתיה דאיהי דיוקניה; כגוונא דאיהו ענו שכינתיה ענוה, איהו חסיד ואיהי חסידא, איהו גבור ואיהי גברתא על כל אומין דעלמא, איהו אמת ואיהי אמונה; איהו נביא ואיהי נביאה, איהו צדיק ואיהי צדקת׳, איהו מלך ואיהי מלכתא, איהו חכם ואיהי חכמתא, איהו מבין ואיהי תבונה דיליה, איהו כתר ואיהי עטרה דיליה. עטרת תפארת.

Quod ad præsentem materiam facit, subjiciam hìc sententiam Theodori sacerdotis (טוֹדרוֹס הַכֹּהֵן), Judæi, viri inter suos celeberrimi (1), de convè-

(1) Vixit Florentiæ medio Sæc. XVI.

nientiâ doctrinæ veterum sapientum inter Judæos cum dogmaticâ Christiânâ. Legitur ea sententia in Epistolâ quam scripsit filiis suis, postquam, relictâ synagogâ, Christo nomen dederat; ex quo tempore, et mutato nomine, dictus est Ludovicus Carretus. En ejus epistolæ titulum: אגרת שלח לודויקו קאריטו אל בניו ואל היהודים נקראת ספר מראות אלהים. h.e. Epistola Ludovici Carreti quam dedit ad filios suos et ad Judæos; inscribitur *liber visionum Dei*. (Impressa est Parisiis A. 1553). En ejus verba:

הקדמונים, החכמים (1) המקבלים, הנקראים אצל היהודים חכמי האמת, יודו בזה (2), כמו שאמר רבי האי גאון: שלשה אורות: הם אור קדמון, אור צח, אור מצחצח; ועם כל זה הכל אלוה אחד. אין שם רבוי, חלילה! והם (3) בראש הספירות. והר"מבן יודה זה בפירוש פרשת: כי תשא. והגיקטיליאה (4) ויתר כל המקובלים בספרם עשר ספירות, יאמרו כי הג' העליונות עין לא ראתה ועם זה אין שם הבדל וקצוץ, חלילה! והמקצץ דמו בראשו, טוב

(1) *Sapientes Cabbalistæ.*

(2) Scil. in quæstione de SS. Trinitate conveniunt cum doctrinâ Catholicâ.

(3) Sensus est: *tria* illa quæ hic *unum* dicuntur, esse expressa in tribus prioribus Sephiroth arboris Cabbalisticæ.

(4) Nomen proprium est (Gekatilia) doctoris celeberrimi inter Judæos.

לו שלא נברא. הִנְּךָ רואה כי אין הֶפְרֵשׁ בינֵיהם רק בשמות; כי הַנּוֹצְרים (1) יקְראום אָב וּבֵן וְרוּחַ קָדוש. וגם בזה אין הפרש; כי גם המקובלים יקראו הספירה הראשונה (שהיא (2) אֵין סוף בלי הַתְחָלָה וראשית) אָב, כנראה בספר הזהר; וְהָאָב (3) וְהַבֵּן הם מצטרפים בלי ספק. והשנית (4) הנקראת אצל המקובלים חָכְמָה שֶׁבָּהּ נברא העולם שנ׳: יהוה (5) בחכמה יסד ארץ; ונקראת רֵאשִׁית, שנ׳ בראשית (6) ברא אלהים; על כן תִּרְגֵּם יונתן: בְּחָכְמְתָא בְּרָא יְהוָֹה; נקראת אצל הנוצרים דָּבָר (7) יהוה; והכל אחד (8). שֶׁהֲרֵי כתוב: בדבר (9) יהוה שמים נעשו. והשלישית (10) הנקראת אצל המקובלים בִּינָה, נקראת אצל הנוצרים רוח קדוש, כי הוא יָהֵב מַנְדְּעָא לְיָדְעֵי בִינָה, ככתוב (11): « ויהי כְּנֹחַ עליהם הרוח

(1) הנצרים Nazareni, i. e. Christiani.

(2) Sensus : *Sephirah* prima quæ est אין סוף vocatur *pater* (אב), ut apparet ex libro Zohar.

(3) Sensus : Pater et filius sunt nomina relativa.

(4) Secunda *Sephirah* quæ in Cabbalisticâ doctrinâ vocatur חכמה *sapientia*.

(5) Proverb. Cap. III.

(6) Genes. Cap. I.

(7) " דבר " *verbum Dei*, λογος.

(8) והכל אחד sensus : *quod in idem recidit*.

(9) Psalm.

(10) Tertia (Sephira) quæ a Kabbalistis vocatur בינה.

(11) Numer. Cap. XI, 25.

ויתנבאו. » ועם כל זה יְעִידוּן יַגִּידוּן כֻּלָּם כאחד כי יהוה אחד ושמו אחד (1). וירמוז לזה שם אֲגְלָא (2) הידוע אצל המקובלים; כי א׳ ול׳ הוא אֵל, וג׳ הוא שָׁלֹשׁ וא׳ הוא אחד, כְּאִלּוּ יאמר אלוה מְשֻׁלָּשׁ וּמְיוּחָד. זהו שכתוב: « ברא אלהים (3). ואין לְהַבִּיט אל האומרים כי אלהים לשון יחיד על מִשְׁקַל הרבים כמו תָּמִים; שֶׁהֲרֵי מצאנו (4) « אלוה מִתֵּימָן יבא, » בלשון יחיד; וברבים (5): « אשר לו אלהים קרובים; » « כי (6) אלהים קדושים הוא. » וקרובים גם קדושים לשון רבי׳ בְּלִי סָפֵק....

ואין צֹורֶךְ ג״כ לְהִתְוַכֵּחַ על ההפרש הַשֵּׁנִי, שהוא אלהות המשיח וְהִתְאַחֲדוּתוֹ בספירה השנית, כי כבר אמרו חכמי היהודים בְּמִדְרָשָׁם לפסוק (7): ירום

(1) יעידון — ושמו אחד sunt duo versus intercalares hymni כל ברואי, qui legitur in libris Judæorum præcatoriis inter precationes matutinas.

(2) Sensus : Cabbalistarum vocabulum technicum אגלא, ait auctor, notat mysterium SS. Trinitatis. Etenim ejus vocabuli litteræ א et ל efficiunt vocabulum אל Deum, littera verò ג (numericè sumpta) *trinitatem* notat, littera א autem (item numericè sumpta) *unitatem;* quo fit ut hoc vocabulo exprimant Deum *trinum* et *unum*.

(3) Gen. Cap. I.

(4) Habab. Cap. I.

(5) Deuter. Cap. IV.

(6) Isaiæ Cap. XXIV.

(7) Isaiæ Cap. LII.

ונשא וגבה מאד: ירום מאברהם ונשא ממשֶׁה וגבה ממלאכי השרת. והנה יהיה אחוז ומתאחד באלוה בלי ספק; כי לא מצאנו אֱצְלָם אמצעי בין האל ובין מלאכיו.

Atque hæc ex Carreto nostro allegasse sufficiat. Libellum, ut opinor, satis rarum, qui habet, integrum legat; facturus est operæ pretium.

NOTÆ MISCELLANEÆ.

IN CAP. VII.

SELECTA TALMUDICA.

Pentateuchum rectè vocaveris Israelitarum codicem religiosum ritualem et politicum; verùm uti lex scripta sine authentico ejus interprete societatem hominum, cui data sit, turbaret potiùs quam rectè componeret, ità et Mosaica lex legitimo non caruit interprete. Moyses autem unà cum Lege, ut constanter docent Judæi, ejusdem legis interpretationem divinitùs accepit; hanc verò interpretationem, non ut lex ipsa litteris fuit mandata, sed vivæ vocis traditione conservata, et ad posteros propagata. Quibus traditionibus si addideris ea quæ labentibus annis, pro re natâ, in Israeliticâ republicâ a legitimâ auctoritate fuêre constituta, vel, quo magis populus arceretur a transgressione Legis, præter Legem injuncta, vel denique, nunc rectâ, nunc falsâ(1) consequentiâ ex ipsâ Legis litterâ deducta, absolutam satis, meâ qui-

(1) Falsa multa et divinæ Legi contraria a Scribis et Pharisæis introducta esse, liquidò patet ex verbis Christi illos sic increpantis (Matth. XV): *irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem* VESTRAM.

dem sententiâ, notionem habebis ejus Legis, quam a scriptâ Lege seu Pentateucho distinguunt Judæi, et *legem* vocant *oralem*. Hanc autem *Legem oralem* licet doctores privati in privatum suum commodum, ut pronum est judicare (puta ne eorum, quæ a suis magistris acceperant, oblivio obreperet), hìc illìc litteris consignaverint, ea numquam tamen in unum corpus doctrinæ redacta, integrèque conscripta in vulgus exivit, donec sæculo æræ nostræ secundo, anno videlicet post eversum Templum alterum 120, vel secundum alios 150, Rabbi Juda cognomine *sanctus* eam rem præstaret. « Is enim (verba sunt auctoris *Halicoth olam*, ex interpretatione Jos. de Voisin (1)) convocavit ac congregavit eos qui suo sæculo traditionum erant peritissimi, adeò ut sapientes omnes convenerint. Unusquisque ergò in medium proferebat, quæ auditu acceperat, serie traditionis successivæ ad Mosem usque doctorem nostrum eximium, qui in pace quiescit, deductâ. Sic doctor noster *sanctus* traditiones omnes conscripsit; tam eas quæ communi consensu receptæ erant, quam illas, in quibus sapientes dissentiebant, singulis auctoribus suo loco nominatis; et ex his omnibus composuit librum *Mishnæ* (2). »

(1) In observatt. in prooemium pugionis fidei

(2) Misbna (מִשְׁנָה) a שָׁנָה *iteravit* tantumdem est ac *secunda* lex, ut adeò hæc co nomine a primâ Lege sive Lege scriptâ distinguatur.

Is autem liber Mishnæ sex constat partibus, quæ *ordines* vocantur; ordo in *codices* aut libros vel tractatus; codex in *capita;* caput in *sectiones* sive aphorismos dividitur. Ordo appellatur סדר; codex מסכת aut Chaldaicè מסכתא; caput פרק; sectio denique משנה dicitur, eodem nomine quo universum legis oralis corpus nominatur.

Ordo I inscribitur זרעים *semina.* II. מועד *festum, solemnitas.* III. נשים *mulieres.* IV, נזיקין *damna.* V. קדשים *sanctitates.* VI. טהרות *purificationes.*

Quid rerum in singulis *ordinibus* per varios eorum *codices* tractetur, docebit amplior, quæ hìc sequitur, Talmudici operis descriptio Guariniana.

Ordo I. זרעים *semina.*

Is ordo agit de seminibus, fructibus, herbis, arboribus; de fructûum usu privato et publico, de seminibus homogeneis et heterogeneis, etc. Ejus codices sunt :

I. ברכות *benedictiones.* In eo disseritur de precibus et gratiarum actionibus pro terræ fructibus, ac omnibus omninò beneficiis. Quo tempore, quo loco, et quibus aliis circumstantiis preces dicendæ sint. Capita ejus 9, sectiones 57. Gemarâ instruitur, quâ carent reliqui ordinis hujus codices.

II. פֵּאָה *angulus*. De agri angulo pauperibus relinquendo, ut fructus ejus colligant. Capita 8, sectiones 69.

III. דְּמַאי *res dubia*. De rebus, de quibus dubitatur utrum earum decimæ Deo datæ sint, nec-ne. Dabatur autem pars centesima, h.e. decima decimarum. Agit etiam de decimis aliisque reditibus Sacerdotibus cum curâ tradendis. Capita 7, sectiones 53.

IV. כִּלְאַיִם *heterogenea*. De duobus aut pluribus ac diversis (maximè seminum) generibus non miscendis. Capita 9, sectiones 77.

V. שְׁבִיעִית *septimus* annus). De juribus anni septimi, quo sabbathum debebat esse terræ, nihil seri, nihil ex eo quod satum esset, meti. Capita ejus 10, sectiones 88.

VI. תְּרוּמוֹת *oblationes*. De rebus, quas quisque de bonis suis eximebat ac separabat, et quasi sacras Sacerdoti offerebat. Item, quibus id facere licitum erat, quibus non; de quibus rebus, de quibus non. Porrò de centenis offerebant duo; ità ut quinquagesima pars Sacerdotibus semper cederet. Capita 11, sectiones 100.

VII. מַעַשְׂרוֹת *decimæ*, sive מַעֲשֵׂר רִאשׁוֹן *decimatio prima*, quæ Levitis dabatur, et de quibus rebus. Capita 5, sectiones 40.

VIII. מַעֲשֵׂר שֵׁנִי *decimæ secundæ*, quas Levitæ

de decimis sibi oblatis dabant Sacerdotibus, quæque Jerosolymis consumebantur. Capita 5, sectiones 57.

IX. חַלָּה *placenta.* Quam mulieres massam depsentes Sacerdotibus offerre tenebantur. Capita 4, sectiones 37.

X. עָרְלָה *præputium.* De arboribus, quæ per tres priores a plantatione suâ annos præputiatæ dicebantur, et quarum idcirco fructus erant prohibiti. Capita 3, sectiones 33.

XI. בִּכּוּרִים *primitiæ.* De iis, qui primitias offerre debebant, de quibus rebus, et quomodo in Templo offerendæ. Capita 4, quorum ultimum de jure Androgynorum extrinsecùs adjicitur; unde dicitur ברייתא *doctrina* seu *declaratio* extranea; Sectiones 34, pro tribus prioribus capitibus 39; si adjiciatur quartum.

Summa Capitum 74 vel 75; Sectionum 647 vel 652, si quinque sectiones cap. 4, codicis XI numerentur.

Ordo II. מוֹעֵד *festum.*

In hoc ordine disseritur de tempore quo sabbathum, aliaque festa inchoari, finiri, et celebrari debeant. Ejus codices sunt:

I. שַׁבָּת *sabbathum.* De sabbathi juribus et so-

lemnitatibus, lucernis sabbathinis, quo oleo, aut quâ pinguedine accendi debeant; de foco aut fornace, in quâ cibi calidi conservantur, et innumeris rebus, quas agere licitum sit vel illicitum. Capita 24, sectiones 139.

II. עֵירוּבִין *commixtiones.* Quomodo vesperâ sabbathi, h. e. die Veneris, cibus a variis vicinis collectus eos sic conjungat, ac si unius domûs familia ac domestici essent. Quod fiebat ne longiùs a seinvicem habitantes longiore itinere sabbathum violarent, pluresque die sabbathi convenire possent. Ità si ultra terminum sabbathi, qui 2000 gressibus minoribus definiebatur, a se invicem habitarent, ponebant in medio cibum aliquem, quem quis ibi comedens poterat ab ipso termino ad alium progredi; perinde enim fuit ac si domi suæ comedisset. Capita 10, sectiones 89.

III. פְּסָחִים *Paschata.* De Paschatis festo, fermento inquirendo et expurgando, pane azymo, etc. Quid vesperâ Paschatis agendum. De mactatione agni Paschalis, quomodo assatus fuerit. De calamitatibus in Ægypto acceptis, etc. Capita 10, sectiones 88.

IV. שְׁקָלִים *sicli.* De siclo quem quisque singulis annis pensitare tenebatur, tum pro emendo sacrificio jugi et quotidiano, tum pro aliis rebus. Solvebatur is siclus ante principium Maji. Capita 8, sectiones 52. Caret Gemarâ.

V. יוֹמָא *dies*, quo nomine appellabatur κατ' ἐξοχὴν dies expiationis, quo jejunabant, et variis modis sese macerabant. Septem diebus antè hoc festum, quod erat admodum solemne, domo suâ in Templum secedebat Sacerdos, ut ad majorem se præpararet sanctitatem. Capita 8, sectiones 61.

VI. סוּכָּה *tabernaculum*. De tabernaculorum festo, eorum formâ; qui, quandiu, et quomodo in iis vivere debeant, etc. Capita 5, sectiones 53.

VII. בֵּיצָה *ovum*, sive יום טוב *bona dies*. De iis, quæ quolibet festo, præter sabbathum, licita aut illicita erant. V. G. utrum ovum die festo a gallinâ positum eodem die comedere liceat. Capita 5, sectiones 41.

VIII. רֹאשׁ הַשָּׁנָה *principium anni*. Civilis nempè, qui incipiebat in neomeniâ mensis Tishri, qui nostro Septembri et Octobri ex parte respondet. De novi hujus anni juribus, solemnitatibus, etc. Capita 4, sectiones 35.

IX. תַּעֲנִית *jejunium*. De variis jejuniis quorum mentio fit in Scripturâ, et antiquo jejunandi modo. Capita 4, sectiones 34.

X. מְגִלָּה *volumen*. Estheris videlicet, quod legunt in festo *Purim* sive *sortium*. De festi hujus celebrandi ratione. Capita 4, sectiones 33.

XI. מוֹעֵד קָטוֹן *festum parvum*, quo nomine appellant dies intermedios inter primum et octavum festorum diem, qui toti sunt solemnes et sacri in festo Paschatis et Tabernaculorum. Intermedii tamen minùs festivi sunt, neque in iis opera omnia sunt interdicta. Capita 3, sectiones 23.

XII. חֲגִיגָה *festivitas*, quâ omnis masculus quotannis tenebatur sistere se Domino Jerosolymis, nempè in festo Paschatis, Pentecostes, et Tabernaculorum, Exod. 23, v. 17. Quinam immunes erant, etc. Capita 3, sectiones 23.

Summa capitum 88, sectionum 671.

Ordo III. נָשִׁים *mulieres*.

Agit de uxoribus ducendis vel repudiandis; de mulierum officiis, morbis, etc. Codices ejus sunt:

I. יְבָמוֹת *fratriæ*. De fratris sine liberis defuncti uxore ducendâ, de juribus ejus; de calceo, si frater eam ducere nolit, extrahendo, et quibus cæremoniis id olim factum. Capita 16, sectiones 123.

II. כְּתוּבוֹת *contractus*. De contractibus matrimonialibus, jure dotum, uxorum privilegiis, officio mariti, virginum et viduarum jure, etc. Capita 13, sectiones 111.

III. קִדּוּשִׁין *sponsalia*. De sponsalibus et sponsalitiis; quot modis sponsa de jure acquiratur,

quomodo consecretur, quâ ratione varii casus matrimoniales decidi debeant, etc. Capita 4, sectiones 47.

IV. גִּטִּין *libelli repudii.* De divortiis et libello repudii, quomodo scribi, dari, et offerri debeat. Capita 9, sectiones 75.

V. נְדָרִים *vota.* Quæ obligatoria sint, quæ non; qui vovere possint, quibus id licitum non sit, etc. Capita 11, sectiones 90.

VI. נָזִיר *Nazaræus.* De Nazaræis et eorum voto; quamdiù durabat; a quibus rebus abstinebant Nazaræi, etc. Capita 9, sectiones 60.

VII. סוֹטָה *declinans,* mulier ab officio suo, nempè quæ in adulterii suspicionem venit; quomodo maritus zelotypus eam probare debeat, quomodo aqua amara potata fuerit secundum legem Num. 5 a v. 12 ad finem usque capitis. Capita 9, sectiones 67.

Summa capitum 71, sectionum 573.

Ordo IV. נְזִיקִין *damna.*

In hoc ordine disputatur de damnis ab hominibus vel a bestiis illatis; de eorum pœnâ et compensatione. Codices ejus sunt :

I. בָּבָא קַמָּא *porta prima.* De damnis quæ a bestiis vel ab hominibus, igne, aliove modo alicui inferuntur. Capita 10, sectiones 79.

II. בָּבָא מְצִיעָא *porta media*. De rebus inventis, deposito, mercede, commodato, mutuo, usurâ, fœnore, conductionibus, et locationibus. Capita 10, sectiones 101.

III. בָּבָא בַּתְרָא *porta postrema*. De societate in commerciis, ædium vicinitate, emtione et venditione, hæreditate et successione, possessione, fidejussionibus, etc. Capita 10, sectiones 86.

IV. סַנְהֶדְרִין *consessus judicum*. De senatu majori, judiciis inferioribus, pecuniariis, et criminalibus; de judicibus, testibus; de quatuor supplicii generibus, nimirùm lapidatione, combustione, decollatione, et strangulatione; de Israelitis, qui partem habituri sunt in futuro sæculo, et qui non; de tempore adventûs Messiæ, etc. Capita 11, sectiones 71.

V. מַכּוֹת *plagæ*. De quadraginta plagis, quibus cædebantur, qui capitalis criminis rei non erant, ex Deut. 25, v. 3. Quare ab illis una substracta est, quod jam Apostoli tempore factum fuit, 2 Corinth. 11, v. 24. Capita 3, sectiones 34.

VI. שְׁבוּעוֹת *juramenta*. Quinam ad juramentum præstandum idonei erant, qui non idonei, quomodo jurent quadruplices rerum custodes; scilicet: qui gratis custodit, qui petiit custodiam, qui mercedem custodiæ accepit, qui mercede conduxit. Capita 8, sectiones 62.

VII. עֵדָיוֹת *testificationes.* De plurimarum controversiarum decisionibus ex præstantissimorum Rabbinorum testificationibus collectis. Caret Gemarâ Capita 8, sectiones 74.

VIII. הוֹרָיוֹת *documenta.* De documentis et statutis quibusdam judicum; quomodo ea servanda, et eorum transgressores puniendi. Capita 3, sectiones 20.

IX. עֲבוֹדָה זָרָה *cultus alienus* vel עֲבוֹדַת כּוֹכָבִים *cultus stellarum* vel עֲבוֹדַת אֱלִילִים *cultus idolorum.* De idololatriâ, et vitandâ omni cum Christianis societate. Capita 5, sectiones 50.

X. אָבוֹת *patres* vulgò פִּרְקֵי אָבוֹת *capita* vel *capitula patrum.* De patribus, qui legem oralem indè a Mose usque acceptam docuerunt et propagarunt; ubi et insignes eorum sententiæ, apophthegmata, et axiomata referuntur. Caret Gemarâ. Capita 6, sectiones 106.

Summa capitum 74, sectionum 683.

Ordo V. קָדָשִׁים *sanctitates.*

In hoc ordine de sacrificiis, et variis rebus sacris agitur. Codices ejus sunt:

I. זְבָחִים *sacrificia.* De sacrificiis; quæ, qualia, quo tempore, quo loco, et a quibus mactari, parari et offerri debebant. Capita 14, sectiones 101.

II. חולין *profana.* De animalibus mundis et immundis, quatenùs hominum usibus licita sint vel illicita. Capita 12, sectiones 74.

III. מְנָחוֹת *oblationes.* De oblationibus vespertinis ex farinâ et pane, vel cum oleo et thure, aut sine illis. Capita 13, sectiones 93.

IV. בְּכוֹרוֹת *primogenita.* De jure primogenitorum in animalibus, quomodo vel offerri, vel pecuniâ redimi deberent. Capita 9, sectiones 73.

V. עֲרָכִין *æstimationes.* De æstimatione sive pretio rerum, quæ devotæ et promissæ erant; ne videlicet pretio viliori redimerentur. Capita 9, sectiones 50.

VI. תְּמוּרָה *permutatio.* De permutatione sacrificiorum; an aliud pro alio substituere licitum. Capita 7, sectiones 35.

VII. מְעִילָה *trangressio.* De transgressionibus in usu sacrificiorum, ubi lucellum quæsitum, et sacrificium non rectè mactatum. Capita 6, sectiones 38.

VIII. כְּרִיתוּת *excisio.* De *excisione* animarum ex sæculo futuro, et de peccatis quæ excisionem merentur. Capita 6, sectiones 43.

IX. תָּמִיד *juge* (sacrificium). De jugi sacrificio, quod fiebat quotidie ex duobus agnis, quorum

alter manè, alter vesperè offerebatur. Caret Gemarâ. Capita 7, sectiones 33.

X. מִדּוֹת *mensuræ* nimirum Templi. Capita 5, sectiones 33. Caret Gemarâ.

XI קִנִּים *nidi.* De pullis ex nido avium a pauperibus offerendis. Caret Gemarâ. Capita 3, sectiones 15.

Summa capitum 90, sectionum 588.

Ordo VI. טְהָרוֹת *purificationes.*

In hoc ordine agitur de vasorum aliarumque rerum purificatione, immunditie, et pollutione. Codices ejus sunt :

I. כֵּלִים *vasa.* De vasis, instrumentis, suppellectili, vestibus ex quocunque genere et quâcunque materiâ, quomodo pura aut impura censeantur et quomodo purificentur. Capita 30, sectiones 254.

II. אֳהָלוֹת *tabernacula.* De tabernaculis sive domibus, earumque partibus; quomodo polluantur et purificentur : ubi speciatim ad mortuos respicitur. Capita 18, sectiones 134.

III. נְגָעִים *plagæ.* De plagâ lepræ, quomodo ab eâ pollutio contrahatur. Capita 14, sectiones 115.

IV. פָּרָה *vacca* (rufa). De purgatione ab immunditiâ a cadavere humano contractâ per cineres vaccæ rufæ, de quâ Num. 19. Capita 12, sectiones 69.

V. טְהָרוֹת *purificationes.* De purificationibus ab immunditiâ quæ aliundè quam a cadavere humano contrahitur. Capita 10, sectiones 92.

VI. מִקְוָאוֹת *fossæ.* De fossis seu conceptaculis aquarum, in quibus lavant et immergunt se purificationis gratiâ. Capita 10, sectiones 71.

VII. נִדָּה *menstruata.* De purificatione mulieris a fluxu menstruo et immunditiâ partûs. Capita 10, sectiones 79.

VIII. מַכְשִׁירִין *dirigentia* vel מַשְׁקִין *liquida.* De liquidis, h. e. quomodo fructus aut olera, aut alia terræ nascentia, quibus homo vescitur, per affusionem liquidorum polluantur, aut ad pollutionem *dirigantur*, seu disponantur. Capita 6, sectiones 54.

IX. זָבִים *fluentes.* De fluxum nocturnum seminis patientibus, aut gonorrhœâ affectis, et quomodo purificentur. Capita 5, sectiones 32.

X. טְבוּל יוֹם *lotus diei.* De immunditiâ ante solis occasum eluendâ. Capita 4, sectiones 26.

XI. יָדַיִם *manus.* De lavandis manibus, vasis, et aquarum qualitate et quantitate. Capita 4, sectiones 22.

XII. עוּקְצִים *petioli.* De petiolis fructûum, quo-

modo contactu aliorum fructûum polluantur. Capita 3, sectiones 28.

Summa capitum 126, sectionum 1003.

Talmudis itaque sunt ordines VI, codices LXIII vel tantummodo LX secundum veteres Hebræos, qui tres *Bavas* in ordine IV, pro uno codice habebant, et codicem *Maccoth* in eodem ordine codici Sanhedrin adjungebant. Capita DXXIII vel DXXIV, si tribus capitibus codicis *Biccourim* in ordine I, quartum de androgynis adjicias. Hi porrò codices in omnibus Talmudis editionibus eundem, quem illis assignavimus, ordinem non servant. In iis ordinandis sequuti sumus clar. Buxtorfium, quem sequitur etiam doctissimus Wolfius. Denique sectiones sive Mischnaioth dantur MMMMCLXV vel MMMMCLXX, si 34 sectionibus trium priorum capitum *Biccourim* quinque sectiones capitis quarti ejusdem tractatûs addideris.

Præter enumeratos codices Talmudis, sequentes quatuor a recentioribus Rabbinis sunt adjecti, quorum etiam aliqua hìc facienda est summa.

Novi codices veteribus additi.

I. מַסֶּכֶת סוֹפְרִים *codex scribarum.* Quomodo scribendus sit liber Legis in pergameno, et quali utendum. An atramenti maculam, vel literam aliquam eradere liceat. De vocibus aliter scriptis et aliter lectis. Quomodo et a quot personis liber Legis in Synagogâ legendus sit, etc. Capita 21.

II. מַסֶּכֶת אֵבֶל רַבָּתִי *codex luctûs magni* vel מַסֶּכֶת שְׂמָחוֹת *codex lætitiarum* (prohibitarum scilicet). De luctu et cæremoniis, quibus lugendi sunt mortui; quomodo lugentibus adhibenda consolatio, et quâ ratione polluantur ob cadaver. Capita 14.

III. כַּלָּה *sponsa*. De sponsæ acquisitione, ornamentis, aliisque ad eam pertinentibus. Is codex duorum *Qiddouschin* et *Kethouvoth* complementum est. Caput 1.

IV. מַסֶּכֶת דֶּרֶךְ אֶרֶץ *codex viæ terræ*. De moribus ritè informandis, et ratione cum hominibus conversandi, quam Hebræi vocant *viam terræ*, h. e. in terris sese gerendi rationem. Dividitur in codicem *majorem* et *minorem*. Ille constat capitibus decem, hic verò sex. Subjicitur ad finem caput peculiare dictum פֶּרֶק שָׁלוֹם *caput de pace*. Hactenùs Guariniana Mishnæ descriptio.

Hæc autem Mishna, mox ubi in lucem edita erat, vulgò recepta fuit et habita tamquam Israeliticæ nationis legum codex authenticus. Hic in scholis docebatur, ejusque verba pro sacrosanctis habebant doctores, ut detrahendo addendove de ejus decretis vel tantillùm immutare, piaculum sibi duxissent. Itaque Magistri tantùmmodo operam dabant Mishnam explicando et enucleando, quæ obscuriùs ibi dicta erant, in lucem clariorem

ponendo, quæ inter se pugnare viderentur, conciliando, tandem quæstiones solvendo non decisas in Mishnâ, ex ejus decretis tamen religiosè argumentando. Hæc autem, quæ diximus, præstabant utriusque Scholæ, Jerosolymitanæ scilicet et Babylonicæ Magistri, quorum disputationes principio quidem oretenùs fuêre traditæ conservatæque, deinceps verò, servato ordine Mishnæ, litteris mandatæ, publicique juris factæ sunt sub nomine *Gemaræ;* et Babylonicæ quidem, si sermo sit de collectione disputationum habitarum a Magistris Scholæ Babylonicæ, Jerosolymitanæ verò, si agatur de disputationibus Scholæ Jerosolymitanæ. Jerosolymitanam autem Gemaram edidit Rabbi Jochanan quinquaginta circiter annis post divulgatam Mishnam; Babylonicam verò edidêrunt R. Ashe et R. Abina ducentis ferè annis post editionem Mishnæ.

Mishna et Gemara simul sumptæ veniunt nomine *Talmud* (תלמוד), quod vocabulum propriè *doctrinam* notat; porrò pro variâ Gemarâ, Babylonicâ aut Jerosolymitanâ, Mishnæ additâ, Talmud pariter dicitur aut Babylonicum aut Jerosolymitanum; nonnumquam utraque, tam Mishna quam Gemara seorsim sumta, Talmud vocatur.

Talmud Babylonicum integrum, licet immensæ molis opus, sæpissimè tamen typis excusum fuit; varias ejus editiones (1) recenset inter alios

(1) Recensitis a Wolfio editionibus addatur ea quæ, dum hæc

Wolfius Bibl. Hebr. Tom. II, pag. 895. Obiter hìc moneo, deesse tractatum integrum de *cultu peregrino* (עבודה זרה) in editione Talmudis Babylonici, quam procuravit Marcus Marinus Brixiensis Canonicus Regularis D. Servàtoris. (Præmittitur illi editioni titulus Latinus, in quo dicitùr opus Talmudicum ab eo *recognitum et ab omnibus iis, quæ contra Religionem Christianam sunt, juxta mentem Concilii Tridentini expurgatum, adeò ut non modo citra impietatem, verùm etiam cum fructu legi possit*).

Jerosolymitani Talmudis tres tantùm, quantum scire potui, extant editiones; harum prior lucem vidit Venetiis circa annum 1524 (?) apud Danielem Bombergum; altera Cracoviæ anno 1609 apud Isaacum ben Aaron; tertiam tandem memorat Chiarini (in suo opere mox indicando); quatuor hæc constat voluminibus in fol., quorum unumquodque diverso tempore locoque diverso typis impressum fuit.

Sed hìc notandum est Talmud Jerosolymitanum, saltem prout typis mandatum extat, complecti quatuor tantùm priores Mishnæ *ordines*, et codicem נִדָּה ex *ordine* sexto; in has verò partes Mishnæ Gemara Jerosolymitani Talmudis plenior est Babylonicâ.

Atque hæc pauca de Talmude dixisse hìc suf-

scribo, prælo subjecta est Pragæ.

ficiat; pleniorem ejus operis notitiam dabunt auctores sequentes : Jos. de Voisin in suis *observationibus in proœmium pugionis fidei*; Wolfius *in Bibliothecâ Hebraicâ* Tom II, Lib. IV. Bartoloccius, qui omnium copiosissimè eam quæstionem tractavit, in suæ *Bibliothecæ magnæ Rabbinicæ* Parte III, pag. 77 et sqq. — L. Chiarini: *le Talmud de Babylone traduit* (1) *en langue française et complété par celui de Jérusalem et par d'autres monuments de l'antiquité judaïque, par l'abbé Chiarini, professeur à l'université de Varsovie* (in prolegomenis ad prædictum opus). Idem agit et de hermeneuticâ operis Talmudici; pro quâ præcipuè adhibenda est, *clavis Talmudica latinè reddita* (ex Hebraico) *per Constantinum l'Empereur ab Oppyck.*

Pag. 124.

Sequitur hìc ejus loci interpretatio Latina, liberior tamen; obscurior enim esset, si Chaldaica fuissent verbotenùs reddita.

Verba Mishnæ de quibus agitur in hoc Gemaræ loco sunt : הרואה וגו'; h. e. *qui videt locum in quo* (miracula) *miraculum aliquod patratum est in utilitatem populi Israelitici, dicere debet : Laudatus sit qui pro patribus nostris miraculum patravit in isto loco.*

(1) Non vidi nisi primum hujus operis volumen, quod complectitur Codicem ברכות; an alia deinceps in lucem edita fuerint, rescire non potui.

מנא הני וגו׳. h. e. Undenam (1) confirmatur id quod ibi dicitur in Mishnâ (scil. qui videt locum etc.)? Respondebat Rabbi Jochanan : id confirmatur ex eo quod S. Scriptura refert Jethronem dixisse (Exod. Cap. XVIII, 10) : *Laudatus sit Deus, qui liberavit* etc. Formulam Dei laudatoriam : *laudatus sit qui* etc., dicimus ob miraculum quod patratum est in plurimorum utilitatem; ob miraculum verò quod tantùm in unius privatæ personæ patratum sit, non dicimus eam formulam. Atqui vir ille qui itinerando per Abar Jamina (2) incidit in leonem, e cujus unguibus, facto miraculo, ereptus est, quum venisset coram Rabba, hic illi dixit : quotiescumque eò loci (ubi patratum esset illud miraculum) perveneris, dicito formulam laudatoriam : *laudatus sit qui in mei favorem miraculum patravit in loco isto.* Porrò Mar filius R. Avina cum iter haberet per vallem *Arboth*, et sitiret, miraculo in ejus favorem pa-

(1) מנא הני מילי *undè hæc verba;* phrasis est, quæ in disputationibus Talmudicis adhibetur ibi, ubi agitur de præcepto aliquo vel statuto quod in ipsâ Lege fundatur. Sic enim scribit auctor הליכות עולם quod opus agit de Hermeneuticâ Talmudis : כל מנ"ל או מנא הני מילי שייך בדברים שיש להם עיקר מן התורה אבל בדברים שאין להם עיקר מן התורה אומר מאי קראה. h. e. Omnis formula Gemarica מְנָא לָן *undè nobis* (hoc vel illud constat?), vel מנא הני מילי *undè hæc verba* (confirmantur?) pertinet ad res (præcepta), quæ fundamentum suum habent in Lege (in Pentateucho); de iis verò quæ non fundantur in Lege adhibetur formula : מאי קראה.

(2) Cf. Glossarium. Vol: III.

trato, aperto nimirùm ibi fonte aquarum, sitim extinxit; ac rursùs alio tempore quum iret per plateam urbis (1), eumque jamjam invasurus esset camelus protervus, discisso (2) (per miraculum cujusdam domûs) pariete, in eam ingressus est. Jam verò quum posteà rediret in Arboth, dicere solebat formulam laudatoriam : *laudatus sit qui fecit mihi miraculum in Arboth et in periculo cameli;* et in plateam urbis quando veniebat solebat dicere : *laudatus sit qui fecit mihi miraculum in periculo cameli et in Arboth.* Itaque dicimus ob miraculum patratum in plurimorum utilitatem nemo eximitur ab obligatione recitandi (3) formulam laudatoriam; sed ob miraculum quod patratum sit in alicujus personæ privatæ commodum, hæc sola obligatur. »

Pag. 126, v. 11.

אל תקרי תגר. De phrasi : *ne legas sic sed sic,* (quæ non adhibetur, ut videatur, ad corrigendam mendosam vocabuli scriptionem), legesis : *Halachische Exegese, ein Beitrag zur Geschichte der Exegese und zur Methodologie des Talmuds von H. S. Hirschfeld.* Berlin. 1840. § 162; quod opus

(1) Chiarini interpretatur : la place *de Mahoza.*

(2) אתפרקא est Particip. Peal femin. pro מתפרקא; nonnumquam enim, raró licet, א pro מ occurrit tamquam præformativa.

(3) ברוכי Infinitivi forma Talmudica est. Cf. Schaaf Op. Aram. pag. 58 et Fürst Lehrgeb. § 130.

omnium recentissimum est de Hermeneuticâ Talmudicâ.

Ibid.

שרבבת est a radice רבב in formâ Shaphel (שַׁרְבֵּב).

Pag. 127, v. 1.

מאי זיקין וגו׳. Sequitur hìc hujus loci interpretatio. « Quid sunt זיקין? Samuel dicebat : זיק vocatur stella quæ caudam habet; idemque addebat : tam perspicuè cognitæ mihi sunt semitæ cœli quam semitæ urbis Nahardeah, exceptâ tamen stellâ cum caudâ; neque enim scio quid sit. Edoctus sum eam non transire sidus Orionis, ac periturum terrarum orbem, si transiret. Atqui vidimus eam transire Orionem! *resp.* nempè splendor ipsius transit, atque ità ipsa transire videtur, (verùm reipsâ non transit).

NOTÆ MISCELLANEÆ.

IN CAP. VIII.

CARMINA SACRA ET FORMULÆ PRECATORIÆ.

Antiqua Hebræorum Poesis, eam dico quam sacræ litteræ nobis exhibent, non videtur habuisse tale aliquod artificium quale habere novimus Poesin v. g. Græcorum aut Nostratium; non videtur, inquam, in poesi Hebraicâ illâ antiquâ observata fuisse aut syllabarum brevium longarumque artificiosa mixtura, aut verborum similiter cadentium arte pariter quæsita consonantia. Certè ità concludere licet ex incasso labore plurimorum (1)

(1) v. g. Davidis Lyra seu nova Hebræa S. Scripturæ ars poetica, canonibus suis descripta, et exemplis sacris et Pindari ac Sophoclis parallelis, demonstrata etc... auctore Francisco Gomaro Lugduni Batav. 1637. Hunc refutavit Lud. Capellus in suâ *criticâ sacrâ*. — *Systema Psalmorum metricum a Francisco Hare adornatum* refellit R. Lowth, cujus refutatio legitur ad calcem suarum prælectionum *de sacrâ poesi Hebræorum*. Cf. dissertatio *über die hebräische Verskunst von S. D. Luzzatto*; quæ legitur in ephemeridibus Germanico idiomate conscriptis, quibus titulus: *Der Orient. Berichte, studien und Kritiken fur jüdische Geschichte und Litteratur.... herausgegeben von Julius Fürst.* Lipsiæ. Vide *Litteraturblatt des Orients*, n° 1. 1840.

in vindicando Poesi antiquæ Hebræorum ejusmodi, quale dicebamus, artificium.

Recentior verò Hebræorum poesis et metrum habet et rhythmum. Sed rem hanc universam, quam hìc tractare longum esset, qui cupiat doceri, hunc sufficienter instruere poterunt, præter dissertationem Luzatti, quam suprà laudavimus (p. 176), opuscula sequentia : *de arte poeticâ* auctore Benedicto Blancuccio (habetur ad calcem *suarum institutionum in linguam sanctam.* Romæ 1608); *libellus de metris Hebraicis e Grammaticâ R. Davidis Jehaiæ, cujus inscriptio* למודים, *G. Genebrardo Professore Regio interprete* (habetur ad calcem ejus *εισαγωγης ad legenda et intelligenda Rabbinorum commentaria.* Parisiis 1563); *de recenti Hebræorum Poeticâ,* auctore Guarinio. Vide ejus Grammaticæ Hebraicæ Lib. III, Cap. 2. — Addatur pro historiâ recentioris Hebræorum poeseos : *Zur Geschichte der Jüdischen Poësie vom Abschluss der heiligen Schriften alten Bundes bis auf die neueste Zeit, von Franz Delitzsch.* Leipzig 1836.

Pag. 149, v. 9.

ארכין וגו׳. Subjicimus hìc in hoc canticum commentarium Hebraicum eum, qui eidem subjectus legitur, (eoque omninò modo quo ibi legitur, correctis tamen mendis typographicis) in מחזור לחג השבועות editionis Roedelheimensis anni 1827.

ארכין, כמו שאז"ל ויט שמים וירד מלמד שהרכי' הקב"ה השמים העליוני' והציען על הר סיני. מהמני', נאמן ביתו. תא סק, בוא ועלה. בני פלטין דידי, בני היכלי, והיינו המלאכים (1). סבך, זקינך אברהם. גומרין דאתון, גחלים של כבשן. הוות נורי' דנמרוד, הי' אשו של נמרוד שהשליך אברה' לתוך כבשן האש, כמפורש בקבלה. דלא יכיל למכוא, שלא הי' יכול להתחרך. דבק לית הוא נורא וכו'. טעמו לא יכיל להדביק בך אשם של מלאכים שלו כי עמך אני אש אכלה אש. פורפירין (2). לבוש מלכות בל"י וירמוז למה שאז"ל במס' שבת דף פ"ח מלמד שפירש שדי מזיו שכינתו עליו. תנגשיני', ל' נגישה ודחיקה. זעירא וכו', לא תהא קטן בעיניך. חי וקים אנא, ל' שבועה הוא וטעמו חי אני כי כבר בראתי איקונך טרם שכליתי שמים וארץ. רומא, שמים הרמים. ומוכא, הארץ השפלה. טרוני מרומי, שרי

(1) In commentario addito τῷ Machazor editionis Metensis (apud Hadamard) ad vocem סבך notantur hæc: זקנך אברהם כשהושלך לכבשן האש כ"פ בה"ק. ג"ל סבך זה על יעקב וכמש"ה כי שרית עם אלהים וכו'. Vocabula antem מן ריש explicat מקדם.

(2) Commentar. edit. Metens. פורפירון ארגמן ורמז למש"כ ומשה נגש אל הערפל וכו'.

מעלה. דין אכסנאה, האורח הזה. רשו, רשות. ומאן כדו אינפרטין, כ״כ בכל ספרינו, ופירוש ומאן כדו, ומי כזה, כי מאן תרגומו של מי, וכדו תרגומו של כזה, ומצאתי בכ״י של י״ח גרס ומן כדו אנא אינפרטין והמ״ם בחירק והגירסא הזאת מסתברת ופירוש ומן עכשו אנחנו המשרתים. אנפרטין כמו אפרטין שטעמו בל״י משרתים עיין כתר כהונה בשרשו, ומדרך לשון ארמי להפיל הנו״ן כידוע וכן אמרו אפליון גם אנפליון וכדומה. כד חמון, כאשר ראו. דעני כדין, שהשיב כזה שהוא מפרש והולך. רעייהון דבני, רועה של בנים שלי. מכו, הושלפו. נעו, איזדעזעו. דתחות כרסי׳ דמלכא חייא, שמתחת כסא כבודו ית׳. צהיל לי שמחה. וחדי, ל׳ חדוה. אפילגוס (1), מליץ בל״י. קרים, קיסר. רישא דכיפא, ראשו של סלע. בחטרי׳ תבר, במטהו שיבר. ותיחות, ותירד.

(1) Commentat. edit. Metens. ad vocem אפילגוס notat : « אמצעי ושליש ומליץ בינו ובין המלכים. Ex quo patet eum vocabulum אפילגוס reddere *mediatorem*, » Græcum esse vocabulum dicit noster : אפילגוס מליץ בל״י. Verùm *ἀπόλογος* aut *ἐπίλογος* non notat *mediatorem*, *patronum* ; voluisse tamen auctorem hujus carminis vocabulum אפילגוס in eâ significatione adhibere, ex contextu satis patet.

Pag. 153, v. 7.

Hymnus אקדמות מלין die festo *hebdomadum* (חג השבועות) a Judæis in Synagogis decantari solet, antequam accedatur ad lectionem Pentateuchi. Auctor ejus hymni est R. Meir ben Isaac, qui floruit sæculo æræ nostræ undecimo, teste Zunzio (*die gottesdienstliche Vorträge der Juden historisch entwickelt*, pag. 390), qui de hoc auctore, quemadmodum et de reliquis ejusdem ætatis Poetis Hebræis, jure merito affirmat, eos passim laborare in dicendo obscuritate (ibid. 389).

Secuti autem sumus in hymno hoc transcribendo editionem Roedelheimensem anni 1827, collatâ tamen editione Amstelodamensi anni 1738.

Ibid.

אַקְדָּמוּת. Sed quid si legamus אַקְדָּמוּת ex contractione pro אַר קְדָמוּת (cf. suprâ pag. 116)? judicent docti; verto autem: *in principio verborum et initio sermonis* h. e. antequam incipiam legere verba (decem, i. e. decalogum, qui post decantatum hymnum prælegendus est) et Dei ad nos sermonem etc.

Ibid. v. 8.

אוּלָא. Stat. Emphat. ab אוּל *principium, initium*, sed hìc adverbialiter: in antecessum, *pre-*

mièrement. Legesis Gesenii Lehrgeb. § 178. — שְׁקִילְנָא dant binæ meæ editt. Ego verò mallem שְׁקַלְנָא. Notat autem שקל hìc idem quod לקח. Quod sequitur הַרְמָן notat *licentiam, facultatem;* vocabulum a Græcâ vel Latinâ linguâ derivandum esse innuit Heidenheim in notis, quas scripsit in hymnum אקדמות; nam ità habet ad locum nostrum : הרמן, ל׳ הסכמה והוא מורגל מאוד בפי ר״זל הרמונא דמלכא; גם בלשון יוני ורומי כך שמו הרמ״וניא והונח ראשונ׳ על הסכמת הקולו׳ בנגינה ואח״כ נשתרבב על כל ענין הסכמ׳ בדעת ובמעשים ובל״א *übereinstimming, zuzammenstimmung.*

Pag. 154, v. 3.

בבבי וגו׳ sensus : potestatem, licentiam petam legendi sermonem Divinum, de quo suprà, *per portas* (בבבי) *duas vel tres;* hoc est, ut mihi quidem videtur, *præmittendo carmina aliquot.* Pro quâ interpretatione, ut ne videatur planè arbitraria. lectores mei sciant velim בָּב (emph. בָּבָא) vocabulum Chaldaicum, idem notare quod Hebraicum דֶּלֶת. Jam verò דלת sive *porta* Hebræis dicitur versûs alicujus prius hemistichium, et mox, per Synecdochen, דלת notat integrum alicujus carminis versum. בנקשותא reddo *cum collisione.*

Vocabulum נקשותא in Lexicis quidem non occurrit, sed tamen radix נקש extat. *Collisio* autem hìc intelligitur quo sensu dicitur Dan. Cap. V, v. 6. וְאַרְכֻּבָּתֵהּ דָּא לְדָא נָקְשָׁן. *et genua ejus se invicem collidebant*, quod pavoris et timoris signum est; hinc בנקשותא rectè reddideris : *cum timore, tremore*, בְּרַעַד, uti notat Commentator Machazor Meten. Sensus ergò mihi esse videtur hic : *antequam incipiam legere* etc. ut suprà), id faciendi facultatem petere volo, præmittendo carmina aliquot, quæ plenus timore (reverentiali) *decantaturus sum de sanctitate* (majestate?) *Creatoris* etc.; nam vocabulum בברי commentator Machazor edit. Roedelheim. 1827 explicat ità : בברי, ל' ברירות וטהרה וקדושה, ור"ל אפתח לדבר מקדושת הבורא ית'.

Ibid. v. 5—8.

וכל מי כנישותא. Interpres : מי המקוה הגדול שהוא ים אוקיאנוס; quod mox sequitur רשמי רשותא idem explicat : סופרי המלכים, additque : כל אלה אינם מספיקים לפרש הודו והדרו של אדון השמים והארץ שהקים את העולם לבדו. כבשיה בכבשותא h. e. העלימו בתעלומה.

Ibid. v. 10.

ובאתא קלילא וגו'. Interpres : באורה קל

כדאי׳ במדרש תילי׳ ס״ב: העולם הזה נברא בה״א. מה ה״א? כשאדם מוציאה מתוך פיו אין בה לא ריחוש שפתים ולא חריצת ל׳ כך בלא עמל ובלא יגיעה ברא הקב״ה את עולמו שנא׳ בדבר ה׳ שמים נעשו עכ״ל. (!!)

Pag. 155, v. 4.

עש״ה: חדשים לבקרים Interpres : .חדתין וגו׳ רבה אמונתך (איכ׳ ג׳ כ״ג). ואמרו ז״ל חגיג׳ דף י״ד א׳: כל יום ויום נבראי׳ מלאכי השרת מנהר דינור ואמרו שירה ובטלו שנא׳ חדשים לבקרים רבה אמונתך. ופי׳ רש״י ז״ל רבה אמונתך רבה תהלתך עליהם עכ״ל. וע״ש בתוס׳ דף י״ג ב׳ ובבראשית רבה ריש פ׳ ע״ח, ואמרו שחוזרין לנהר דינור ע״ש. (!!)

Pro נבוט, transpositis litteris, conjector legendum esse נבטו, et quidem in Pael נַבֵּטוּ *prodire faciunt.* רבה אמונתו = סגיאה טרשותא.

Ibid. v. 7—10.

שוי, כלם כאחד. Interpres : — . שוי וגו׳ דלא בששתא, בלי אחור, בפה אחד אין בהם

מוקדם ומאוחר. — לתלותי קדושתא, לשלש קדושה. כקל מי נפישותא, כקול מים רבים. באושתא, בקול רעש גדול. — זריזין, מהירין. באשותא, בשורה אחת וכולם כאחד.

Pag. 156, v. 1—2.

בכל לשן לחישותא. Interpres : בכל לשון וגו׳ בכל הלשונות הנלחשות והנבטאות. — דלא צריך בחישותא, שאין צריך לחפש אחריו כי מלא כל הארץ כבודו.

Ibid. v. 5—7.

וכד חלפא שעתא. Interpres : וכד חלפא וגו׳ וכאשר עברה השעה. — סיומא דלעלם, סיום הוא זה להם לעולם, כי מיד הם שבים לנהר דינור ואינם חוזרים לעולם. ואוף לא לשבועתא, לא לשבועה ולא לשמיטה ולא ליובל הם חוזרים; אבל לא כן ישראל. עדב יקר אחסנתיה, חבל שפר נחלתו חביבין הם לפניו, ובקביעות עושים לו חטיבה. (!!)

Pag. 157, v. 1.

קטירא, קשורה. בתגא. Interpres : קטירא וגו׳

בכתר. בשבועתא, שמשביעין את התפילה שתתקשר בכתר עליון. קבל יקר טוטפתא, נגד כבוד הטוטפות של תפילין דמרי עלמא. יתיבא בקביעותא, היא יושבת תמיד. רשימא היא גופא, והיא (הטוטפת) עצמה כתובה במועצות ודעת. אמירא דכוותא, אמירה זכה וטהורה. שפר עליה, נאה לה׳ לישראל. ספית מדור אריותא, בחרת הסתופף במעונות אריות וירמוז לבבל ומדי ועש״ה ממעונות אריות (שיר ד׳ א׳) וכדאי׳ עליו בשמות רב׳ פ׳ כ״ג דף ק״מ א׳. אין תערבי למרותא, אם תתערב עמנו לקבל מלכות שלנו ואז רעותך ורצונך נעביד לך בכל מקום ואתר. וכל הדיבור הזה מבוא׳ בבמדבר רב׳ פ׳ ב׳.

Pag. 158, v. 1—7.

בחכמתא מתיבתא : Interpres . בחכמתא וגו׳ להון, בחכמה משיבה כנ״י לאו״ה. קצת להודעותא, להודיע להם מקצת הדברים אשר יעשה. ידעתון, הידעתם. חכימין ליה, הצדיקים המתחכמים להכיר דרכיו. באשתמודעותא, בהכרה שלמה. רבותכון

מה חשיבה, מה נחשבה גדולתכם. קבל ההיא
שבחתא, נגד השבח הזה. רבותא די יעבד לי,
הגדולה אשר יעשה לי. כד מטיא שעתא, אם
תגיע השעה (!!). לסנאי ונגותא, לשונאים ולאיי
הים והיינו צור היושבת באיי הים... ומצאנו כי צור
נקרא בסתם אי; כגון: מלכי תרשיש ואיים (תילי'
ע"ב י'). חדו, חדוה ושמחה. במיתי, בבוא. ומנא
דכייתא, וכלים טהורים.

VOLUMINIS II

PARTIS POSTERIORIS

FINIS.

APPENDIX.

Ne qua pagella vacaret, subjecimus hìc breve specimen Masoræ ad Exod. Cap. II, v. 1—3.

Masora parva.

וַיֵּלֶךְ אִישׁ מִבֵּית לֵוִי וַיִּקַּח		וַאֲזַל גַּבְרָא מִדְּבֵית לֵוִי
אֶת בַּת לֵוִי:		וּנְסֵיב יַת בַּת לֵוִי:
וַתַּהַר הָאִשָּׁה וַתֵּלֶד בֵּן וַתֵּרֶא		וְעַדִיאַת אִתְּתָא וִילֵידַת בַּר
אֹתוֹ כִּי־טוֹב הוּא וַתִּצְפְּנֵהוּ	ל׳	וַחֲזַת יָתֵיהּ אֲרֵי טַב הוּא
שְׁלשָׁה יְרָחִים:		וְאַטְמַרְתֵּיהּ תְּלָתָא יַרְחִין:
וְלֹא °יָכְלָה עוֹד הַצְּפִינוֹ	ב׳ ל׳	וְלָא יְכֵילַת עוֹד לְאַטְמָרוּתֵיהּ
וַתִּקַּח לוֹ תֵּבַת גֹּמֶא		וּנְסֵיבַת־לֵיהּ תֵּיבוּתָא
וַתַּחְמְרָה בַחֵמָר וּבַזָּפֶת	ל׳ ולא מפיק׳ ל׳	דְּגוֹמֶא וַחֲפָתַהּ בְּחֵמָרָא
וַתָּשֶׂם בָּהּ אֶת־הַיֶּלֶד וַתָּשֶׂם		וּבְזִפְתָּא וְשַׁוִּיאַת בַּהּ יַת
בַּסּוּף עַל שְׂפַת הַיְאֹר:		רַבְיָא וְשַׁוְּתַהּ בְּיַעֲרָא עַל
		כֵּיף נַהֲרָא:

Masora magna textualis.

וילך איש מבית ב׳ דסמי׳ וסי׳ וילך איש מבית לוי. מבית לחם יהודה: ירחים ד׳ וסי׳ ותצפנהו שלשה ירחים. וממגד גרש. במספר ירחים. תספר ירחים תמלאנה: גמא ג׳ הם וסי׳ ותקח לו תבת גמא. ובכלי גמא על פני מים. היגאה גמא. וחד וגמא חציר לקנה וגמא: ותחמרה חד מן יה׳ מלין דלא מפקי׳ ה׳ בסוף תיבותא ומטע׳ נמסר במס׳ רבת׳:

EXPLICATIO MASORÆ PARVÆ SIVE INTERLINEARIS.

Vers. 2. ותצפנהו.) ל׳ *h. e.* לית = לא אית (cf. Hebr. לא יש.) *non est.* Significatur autem vocabulum, ad quod Masorethica illa nota spectat, non iterùm occurrere. Nota τῷ ל, ut scribendi compendium notetur, punctum esse superpositum; reliquis litteris compendiariis sinistrorsùm virgulam appingere solent Masorethæ; iidem, quod ex Eliâ Levitâ alicubi monet Buxtorfius, litteram ל, ubi triginta denotat, integrâ voce scribunt לָמֶד, ut discerni possit a ל = לית. —

Vers. 3. ולא יכלה) ב׳ *h. e.* duo illa vocabula (nam ad utrumque vocabulum spectare notam Masorethicam indicat circulus *inter* utrumque positum) ità conjuncta bis occurrere. —

Ibid. הצפינו.) ל׳ *h. e.* Vid. supra v. 2.

Ibid. ותחמרה) ל׳ ולא מַפִּיק *h. e.* vocabulum תחמרה præter hunc locum non alibi occurrit, nec habet *mappik* (sc. in litterâ ה); quod tamen habere deberet, quum sit affixum demonstrativum quod ad תבה refertur.

Ibid. ובזפת) ל׳ *h. e.* Vid. suprà v. 2.

EXPLICATIO MASORÆ MAGNÆ TEXTUALIS.

—

Vers. 1. *h. e.* verba וילך איש מבית bis hoc ordine conjuncta occurrunt (ב׳ דְּסְמִיכִין *duo sunt conjuncta.* A verbo סָמַךְ radice Hebraicâ, est Particip. formâ Chald. Peil סְמִיךְ.)

Ibid. וסי׳ *h. e.* וְסִימָנֵיהוֹן *et loca biblica eorum sunt :* וילך איש מבית לוי *egressus est post hæc vir de domo Levi.* Vulg. Exod. II, 1; מבית לחם יהודה (supplenda verba וילך איש ex altero loco adducto); *abiitque homo de Bethlehem Juda.* Vulg. Ruth. I, 1. Nota : duo puncta post vocabulum יהודה eam quam legisti notam Masorethicam a sequente distinguit, et sic fit perpetuò.

Vers. 2. ירחים ד׳ וסי׳ *h. e.* vocabulum ירחים quater occurrit in S. Codice, et loca ea sunt : I. ותצפנהו שלשה ירחים *abscondidit eum tribus mensibus* Exod. 2, 2. — II. וּמִמֶּגֶד גֶּרֶשׁ (supplendum יְרָחִים quod casu omissum est); *præstanti munere proventûs lunarum* (fructûum qui singulis mensibus proveniunt) Deut. 33, 14. — III. בְּמִסְפַּר יְרָחִים *in numerum mensium* (non veniat). Job. 3, 6. IV. תִּסְפֹּר יְרָחִים תְּמַלֶּאנָה. Job. 39, 2.

Vers. 3. גמא ג׳ הֵם. *h. e. tria sunt* (ter occurrit.

וּתקח et loca eorum sunt : וְסִימָנֵיהוֹן=וסי׳ — גמא. לו תבת גמא. Exod. 2, 3. *deindè* Jes. 18, 2. *tandem* Job. 8, 11. - וְחַד וגמא h. e. *et unum* (semel occurrit) חציר לקנה וגמא. Scil. וגמא. Is. 35, 7.

Ibid. וַתַּחְמְרָה חַד מִן יה׳ מִלִּין דְּלָא מַפְּקִין ה׳ בְּסוֹף תֵּיבוּתָא וּמַטְעִין נִמְסַר בְּמָסוֹרָה רַבְּתָא:

h. e. ותחמרה est unum ex 15 vocabulis, quæ non producunt ה in fine dictionis sc. per punctum *mappik*, et errare faciunt (Particip. Hiph. a טָעָה). (Sic Masorethæ cavere volunt ne quis, errorem in hâc scriptione absque *mappik* suspicando, *mappik* apponat). Traditur illorum locorum recensio in Masorâ magnâ (*finali* scil. quæ adjecta est ad calcem Bibliorum magnorum Venetorum et Basileënsium).

Atque hæc speciminis causâ adduxisse sufficiant. Cæterùm adhibeatur Buxtorfii opus, quod *Tiberias* inscribitur, in quo unus omnium copiosissimè hanc quæstionem tractavit.

INDEX

RERUM PRÆCIPUARUM QUÆ IN NOTIS MISCELLANEIS CONTINENTUR.

Numerus Romanus partem hujus voluminis priorem aut posteriorem, numerus Arabicus paginam notat.

A

Abarbanel quis fuerit, quando vixerit, quæ scripserit. I. 246. sqq.

Abbreviaturæ quæ dicantur perfectæ et imperfectæ. I. 42. sq.

Abbreviaturarum imperfectarum in Chrestomathiâ occurrentium quædam explicantur. I. 130. sq.

Aben Ezra quis. I. 211.

Aben Melech (Salomo) quis, quando vixerit, quæ scripserit. I. 266.

Aboab (Isaac) quando vixerit, quæ scripserit. I. 293.

Abraham ben Dior quis. I. 135.

Actuum Apost. elucidatur Cap. XXII. 3. I. 54.

Agnus Paschalis typus Christi. I. 300. sq.

Alexander M. Jaddum Pontificem veneratur. I. 138. sq.

Annos Israelitæ quomodo olim computaverint. I. 143.

Annum a mundi creatione, undè nunc vulgò computant Judæi, quomodo exprimant. I. 99.

Apocalypsis elucidatur locus Cap. XX. 2. I. 29.

Aquinas (Philippus) laudatur. I. 2. 195.

Aramæismi in aliquo S. Scripturæ libro occurrentes, non evincunt ejusmodi librum post demùm captivitatem Babylonicam fuisse exaratum. I. 38.

Aramæismos vel in Penta-

teucho occurrere mirum videri non debet. I. 225.
ASTRUCCII neutiquam nova observatio est circa usum nominum divinorum יהוה אלהים et אלהים in libro Geneseos.

B

BALMES (Abraham de) quis. I. 184.
BARCHOCHEBAS Pseudomessia quis I. 152. Cur Barcoziba vocetur a Judæis. Ibid.
BARCOZIBA vid. Barchochebas.
BASNAGIUS refellitur. I. 151.
BEN Jochai citatur. I. 19.
BENJAMIN (Rabbi fil. Jonæ) quis. I. 154. sq. Figmenta sunt quæ de suorum popularium conditione hìc illìc narrat. Ibid. 155.
BERACHIA hannakdan quis, quando vixerit, quæ scripserit. I. 98.
BERNDIUS refellitur. I. 222.

C

CAPH aliud est *similitudinis*, aliud *veritatis* vel *confirmationis*, aliud *identitatis*. I. 100.
CIRCUMCISIO an abstulerit labem peccati originalis. I. 29. sq.
CONCUPISCENTIA mala quibus nominibus in S. Scripturâ vocetur ex Rabbinorum sententiâ. I. 30.
COZARORUM regnum an umquam aliquod extiterit. I. 287. sq.
CUTHEORUM nomen cur ferant Samaritani. I. 149. sq.

D

Dalen (Antonius van) refellitur. I. 142.
Dativi casûs signum ל ἐμφατικῶς repetitur. I. 19 sed et merè πλεοναστικῶς Ibid.
Dei nomina יהוה et אלהים quomodo ex superstitione corruptè scribere soleant Judæi I. 81.
De Rossi (J. B.) opera recensentur. I. 83. sqq.
Divortii faciendi causæ ex sententiâ Hillelianorum et Shammæanorum. I. 58.
Drach vir celeb. laudatur. I. 24. 30. 191. 270. sqq.

E

Ecclesiastis Cap. xii. 11, explicatur I. 116.
Ecclesiastici Cap. l. 14. explicatur I. 142.
Eldad Danita quæ mira narrat de tribubus Dan, Gad, Aser et Nephtali tamquam fabulæ explodumtur. I. 146.
Empereur (Constantinus l'Empereur) testimonium Nubiensis geographi de primatu Rom. Pontificis infringere conatus refellitur I. 161. sqq.
Evangelicarum aliquot sententiarum et proverbiorum cum aliquibus Rabbinicis similitudo undè petenda? I. 102. sq.
Evangelicæ parabolæ quædam conferuntur cum quibusdam Rabbinicis I. 104.
Evangelium vocabulum quomodo Hebraicis litteris blasphemè exprimant Judæi. I. 171.
Essenorum nomen undè dictum? I. 175.
Estheris *additamentorum*, quæ vocantur, canonica auctoritas defenditur. II. 45. sqq.
Exotica vocabula quædam

in Talmude, paraphrasibus Chaldaicis aliisque Hebræorum scriptis occurrentia. I. 69. 71. 299.

F

Filia vocis (בת קול) memoratur. I. 57. 318.

Futuri temporis forma, præfixo ל, pro infinitivo usurpata. I. 60. sqq.

G

Gallorum veteris dialecti vocabula ex Rashii scriptis colligenda. I. 228.

Gamaliel (Act. Ap. xxii. 3) quis fuerit. I. 68.

Gehenna undè dicta. I. 75.

Genebrardus laudatur. I. 7.

Genesis Cap. i. v. 1. interpretatio Rashii I. 229. elucidantur. Cap. ii. 14. I. 219. sq. Cap. iv. 13. II. 102. sq. Cap. iv. 15. II. 103. sq. Cap. vi. 3. I. 221. Cap. xiv. 18. I. 238. sq.

Geonim qui vocentur. I. 217.

Gesenius (G.) improbatur. I. 307. sqq.

Gorionides (Joseph ben Gorion) quando vixerit, quid scripserit. I. 135. sq.

Guelpherbytanorum fragmentorum auctor impius refellitur. I. 88.

H

Hartmannus (A. T.) corrigitur. I. 80.

Hebræorum scriptorum quorumdam quò tendat figmentum de Israelitis alicubi propriis legibus utentibus et suæ gentis regi subditis? I. 158.

Hebræi nonnumquam ridiculi et blasphemi in-

terpretes. I. 230. bis. et seq. - A veteris Synagogæ germanâ traditione recedunt: I. 241. sq.

Hebræorum poesis recentior et metrum habet et rhytmum II. 176. sq.

Hillelianæ Scholæ et Shammæanæ dissensio. I. 56. sq.

I

Isaiæ Cap. vii. 15 explicatur. I. 120. — Cap. liii. I. 158.

J

Jalkut Shimhoni quis liber dicatur. I. 269.

Jedajah Happenini quando vixerit, quæ scripserit. I. 288.

Jehuda Levita quando vixerit, quæ scripserit? I. 285.

Jeremiæ Cap. xxxiv. 19. explicatur I. 240.

Jesu nomen adorabile cur a Talmudicis non ישוע sed, resecato ע, scribatur ישו. — I. 17.

Joannis (S.) loca elucidantur: Cap. i. 10. I. 19. Cap. i. 14. I. 100. — iv. 4. I. 27. iv. 20. I. 28. viii. 39. I. 66.

Jobi xl. 17. quid יחפץ, notet I. 98. Explicatur Cap. vii. v. 4. I. 193.

Jose fil. Chelpctha quis, quando vixerit, quæ scripserit. I. 128. sq.

Josephum (Flavium) historiographum non magni faciunt Judæi. I. 136.

Josippon *vide* Gorionides.

Judicum Cap. V. 21 explicatur. I. 101.

K

Kimchi (David) quis. I. 177. sq.

L

Lucæ loca elucidantur : xi. 15. I. 172. xv. 18. I. 20. xxi. 6. I. 6. xxiv. 21. I. 91.

M

Machabæorum lib. 2. Cap. V. 2. 3. elucidatur I. 136.

Maimonides quis, quando vixerit, quæ scripserit. I. 279.

Malachiæ Cap. iv. 5. 6. explicatur I. 132.

Maldonatus improbatur. I. 19. et 91.

Marci loca elucidantur : vii. 5. I. 304. x. 2 - 11. I. 60. xiv. 51. I. 5.

Martini (Raymundus) corrigitur. I. 21.

Matres lectionis quæ dicantur. I. 13. sq. Ex eo quod in aliquo libro sacro occurrant *matres lectionis*, non potest firmum duci argumentum talem librum post demùm captivitatem Babylonicam fuisse exaratum.

Matthæi loca elucidantur Cap. iii. 9. I. 66. — v. 15. I. 27. — vi. 24. I. 22. vi. 6. I. 67. vi. 30. I. 67. vii. 1. I. 33. — vii. 6 I. 55. vii. 6. I. 67. x. 24. 25. I. 22. xii. 25. I. 42. xii. 34. Ibid. xii. 12. I. 65. xii. 25. I. 68. xii. 32. I. 295. I. 58. sq. xv. 14. I. 29. xvi. 2. I. 33. xvi. 17. II. 77. xvii. 19. xix. 16. I. 5. xix. 3. 9. — xxi. 15. I. 20. — xxiii. 11. ibid. xxvii. 62. I. 88. xxviii. 1. I. 193.

Mechilta I. 202. sq.

Menochius improbatur. I. 91.

Mosaicæ legislationis perpetuitas repeti nequit ex vocabulis עולם vel לעולם sæpè ibi obviis. I. 199. sq.

Mosaicæ legis typica ratio. I. 213. sq.

Movers (F. C.) laudatur. I. 15.

N

Nominativi absoluti syntaxis. I. 5.

Nominum substantivorum et adjectivorum formæ Rabbinicæ indicantur. I. 35. sq.

P

Parabolæ quædam Evangelicæ sint-ne planè eædem cum quibusdam Rabbinicis. I. 102. sqq. Illæ his longissimè præstant. I. 109.

Parabolæ seu similitudines quâ formulâ in orationem introducantur a Rabbinis. I. 87.

Pauli Ep. I. ad Corinth. xiii. 2. elucidatur. I. 78. 1 ad Corinth. Cap. xv. 50. II. 77. ad Galat. Cap. I. v. 16. II. 77.

Phaleg vaticinatus est. I. 131.

Phrases et vocabula elucidata. *Vide* vocabula.

Plantavitius laudatur. I. 3.

Pontificis Romani primatum, quem vocant, *jurisdictionis* testantur antiqui scriptores Benjamin Judæus, et Nubiensis Gentilis. I. 159.

Pronomen *relativum* ש pro אשר quomodo præfigatur voci quâcum in unam coalescit. I. 1. sq. 221. *Reciprocum* quonam modo exprimatur. I. 74.

Præcatio dicta קרית שמע quæ sit? I. 215. et ea quæ dicitur שמנה עשרה? I. 215. sq.

Psalmorum loca elucidantur. Ps. lv. 23. (sec.

Hebr.) I. 83. Ps. LXXIV. v. 3. (sec. Vulg.) I. 34.

PSEUDO-MESSIAS Barchochebas. I. 152. sq.

R

RABBOTH nomine quinam libri intelligantur I. 267. quando conscripti. Ibid.

RASHI *h. e.* (R. Salomo Isaacides) quis fuerit, quando vixerit, quæ et quo stylo scripserit. I. 227.

REGUM libri et Chronicorum hìc illìc, ut videatur, sibi contradicentes conciliantur ab Abarbanele. I. 253. sqq.

REGUM librorum secundi elucidatur Cap. VI. I. — I. 55.

S

SABBATICUS fluvius qui dicatur? I. 156.

SACY (Sylv. de) citatur. I. 34.

SADDUCÆORUM errores qui exposuerunt auctores aliqui recensentur. I. 146.

SALOMO (R. Abrah. ben Samuelis) Urbinas quis? I. 189.

SALOMO ben Gabirol quis, quando vixerit, quæ scripserit. I. 275.

SAMARITANORUM gentis origo et nomen undè? I. 148. sqq. - De rebus ejus gentis qui tractarunt auctores recensentur. Ibid. 149.

SAMARITANOS cur tantopere odio habuerint Judæi. I. 27. sq.

SANABALLETES duo distinguendi sunt. I. 144.

SANHEDRIN ne formam quidem judiciariam observavit in condemnando Christo. I. 305.

Schroeder (Jo. Fr.) corrigitur. I. 5.
Sensus S. Scripturæ qui *litteralis* dicitur summo studio eruendus. I. 34. Sensus, quem vocant *accommodatitium*, quo modo sit adhibendus. I. 35.
Shechina est imago Dei. II. 149. sq.
Shem-hammephorash, quid nominis divini intelligatur. I. 166.
Sheringhamius improbatur. I. 109.
Simeon ben Jochai quando vixerit, quæ scripserit. II. 134. sq.
Siphra quid I. 207.
Synagoga antiquior docet poenas post mortem luendas animæ unà cum corpore. I. 11. Contradicit neotericis qui affirmant Israelitas a Moyse edoctos esse Deum, uti vocant, *nationalem*. I. 19. Docet peccatum dari quod *originale* vocamus. I. 23. sq. II. 142. Docet necessitatem divinæ gratiæ ad superandos pravos motus concupiscentiæ. I. 26. Docet propter gloriam suam creasse Deum, quidquid creavit. I. 65. Negat (contra Lutherum) poenitentiam consistere in solâ *novitate* vitæ. I. 65. Admittit statum *purgatorium*. I. 76. 294. Docet Eliam superstitem esse et sub mundi finem, ante supremi judicii diem, in hanc vitam rediturum. I. 132. Fatetur adimpletum vaticinium Hos. III. 4. I. 157. Fatetur miracula a Jesu Christo esse patrata. I. 166. sqq. Agnoscit Moysem typum gessisse Messiæ. I. 238. Psalm. 2 et 21 de Messiâ intellexit. I. 241—245. II. 144. Pro unâ eâdemque personâ habuit Messiam filium Joseph et Messiam filium Davidis. I. 270. sq. 283. sq.

Fatetur jam præteriisse tempus, quo secundum Prophetarum vaticinia, venturus esset Messias. I. 319. Eam non prorsùs latuit mysterium SS. Trinitatis. II. 100. sq. II. 105. sq. II. 139. sq. II. 146—150.

Syntaxis verbi finiti cum infinitivo absoluto ejusdem verbi. II. 112. sq.

T

Talmud. De opere Talmudico disseritur II. 154. sqq.

Targumim quid et quot sint, et a quibus auctoribus confecti. II. 89. sq.

Tikkun sopherim quid I. 80.

Traditiones Hebraicæ quædam recensentur I. 207. 238. 240. 319.

Typus Christi fuit agnus paschalis. I. 300. sq.

V

Vinum non nisi aquâ temperatum bibere in more positum erat apud Judæos. I. 297.

Vocabula et Phrases elucidantur : מעא pl. מעות I. 2. קוביא. I. 3. אחד. I. 5. Varius usus vocabuli צד. I. 7. כלום. I. 10. — באי עולם I. 19. — עולם הזה et עולם הבא I. 21. — אלמלי et אלמלא I. 26. אל תקרי אלא I. 31. — של nota genitivi casûs. I. 31. sq. — התאבק I. 53. למד לפני פ׳ I. 54. גיהנם I. 75. הלא pro הנה I. 80. הלא לא et הנה לא ad exprimendam sententiam negativam I. 80. נכנס I. 88. עם כל זות et בכל זות I. 90. seq. — באהבתו

אותה Genesis xxix. 20 : I. 93. sq. — חַי et חָי I. 94. sq. — *Hithpa. a* לון in significatione *murmurandi.* I. 97. — רב (מר), רבי et רבן I. 114. sq. בעל I. 119. ערב et נשף I. 192. sq. עולם I. 199. אלא I. 204. תהו I. 218. בשגם (Gen. VI. 3.) I. 221. יצר הרע I. 237. אפונדה et פונדה I. 298. sq. אשירה vel אשרה I. 307. sq. וכענת II. 3. להוא II. 26.

Vocabula origine Latina quæ occurrunt in Novo Testamento Græco recensentur. I. 70.

Vulgata laudatur. I. 83. 221. 307. sqq.

W

Whitby errat dum docet antiquiorem Synagogam non agnovisse peccatum originale. I. 23.

Z

Zacuth (R. Abraham Hispanus) quis? I. 173.

Zohar qui dicitur liber quando et a quo fuerit conscriptus. II. 134. sqq.

INDEX CAPITUM

VOL. II

PARTIS POSTERIORIS.

NOTÆ MISCELLANEÆ

		Pag.
	In caput I.	1
	In caput II.	45
	In caput III.	49
	In caput IV.	115
	In caput V.	124
	In caput VI.	134
	In caput VII.	154
	In caput VIII.	176
APPENDIX.	Specimen Masoræ.	187
	Index rerum præcipuarum.	191

MONITUM.

Index typographicorum erratorum habetur ad calcem Vol. III.